

PANEGYRICI
DVO IOANNIS MAVTASII E SOCIETATE IESV,

Dicti Burdigalæ in Collegio eiusdem Societatis.

I.

Diuis Olympionicis Ignatio, & Xauerio; inter octiduanam illorum Apotheoseos Pompam. An. 1622. Die Iul. 26.

II.

Ludouico XIII. Christianissimo Galliarum Regi; ad Studiorum instaurationem; post bellicas expeditiones Ann. 1621. Die No. 7.




BVRDIGALÆ,
Apud PETRVM DE LA COVRT,
Anno M. DC. XXII.


VERA EFFIGIES B. IGNATII LOIOLÆ FVNDATORIS SOCIET. IESV. OBIIT A°. M.D.LVI. ÆT. LXV.
Quid mihi est in cælo? et à te quid volui super terram? Psal. 72
J. L. Lasne f.

ANAGRAMMA.

IGNATIVS DE LOYOLA, ET FRANCISCVS XAVIERVS.

VOS REGNI CVSTODES FRANCIÆ LILIA AVXISTIS.



PANEGYRICVS

DICTVS BVRDIGALÆ à Rhetore Coll. Soc. IESV *Diuis Olympionicis* IGNATIO *&* XAVERIO *qui inter ſanctos ſunt adſcripti, Anno* 1622.



QVOD EVOLVTIS RETRÒ PLVRIBVS ANNIS Societas noſtra continentibus votis ab immortali Deo, cæleſtibuſque omnibus precabatur: QVOD noſtræ, finitimæ, atque ſeductæ gentes, quibus offuſam erroris caliginem effuſo veritatis ſplēdore diſcreuit, efflictim vnâ deperibant: QVOD Illuſtriſſimus Purpuratorum Patrum ordo ad numeros ſępe iniectum, & ad Solemnem Rotam exqui-

ſitè verſatum in dies promouebat: QVOD Auguſtiſſimi Reges, atque primores orbis terrarum, & non pridem eſt, Chriſtianiſſimus Galliarum Rex LVDOVICVS DECIMVS TERTIVS, quam qui maximè proſequebatur; vt beatiſſimus Societatis author & Patriarcha IGNATIVS; iuxta præcellentiſſimus Indorum nuncupatus Apoſtolus XAVERIVS, qui cæleſtium albo certiſſimè deſcripti eſſent, Sanctorum nomine iam paſſim augerentur.

VIRI CLARISSIMI.

IS TANDEM ANNVS, qui ab inſtauratâ mundi ſalute ſuprà milleſimum ſexcenteſimum vigeſimus ſecundus: Ab inſtituta Societate ſupra octuageſimum ſecundus: à ſanctiſſimâ Gregorij Decimi Quinti ſede ſecundus, votis quippe omnibus obſecundans vertitur; ita decernente Chriſti vicariâ voce, veritatis interprete, internunciâ diuinitatis, fauente & plaudente bonorum lætitiâ, fremente & rin-

gente malorum inuidiâ gloriosissimè celebrauit.

Ergo quandoquidem orbis terrarum, quem in quanta spatia discedit, pęne vniuersum Religio nostra iam peruagata colit, miris euentibus applausit: & hisce serenissimis festiuisque diebus gallicarum vrbium spectatissima (si à paucis discedas) Aquitanarũ princeps, Burdigala honorificâ supplicationis pompa prosequitur, displosis bombardis intonat, accẽsis ignibus illustrat, effusis clamoribus effert: ac Collegiũ in primis nobile, in quod gregatim cõmeat florẽs vndecumque iuuentus, tam inauditè triũphat, vt vestiti parietes suprà statuam Memnonis eloquenter, cinctę arbores supra Dodonam argutè, & Pyramis assurgens supra barbaram Memphim eruditè loquatur: indignabar tùm mecum ipse, si inter solemnes vrbis preces orator Collegij nihil perorarem, inter tormentorum sonoram vim nullas periodos disploderem, inter externorũ tot ignes, domesticus sanctorum frigerem, inter ipsas

ſitè verſatum in dies promouebat: QVOD Auguſtiſſimi Reges, atque primores orbis terrarum, & non pridem eſt, Chriſtianiſſimus Galliarum Rex LVDOVICVS DECIMVS TERTIVS, quam qui maximè proſequebatur; vt beatiſſimus Societatis author & Patriarcha IGNATIVS; iuxta præcellentiſſimus Indorum nuncupatus Apoſtolus XAVERIVS, qui cæleſtium albo certiſſimè deſcripti eſſent, Sanctorum nomine iam paſſim augerentur.

VIRI CLARISSIMI.

IS, TANDEM ANNVS, qui ab inſtauratâ mundi ſalute ſuprà milleſimum ſexcenteſimum vigeſimus ſecundus: Ab inſtituta Societate ſupra octuageſimum ſecundus: à ſanctiſſimâ Gregorij Decimi Quinti ſede ſecundus, votis quippe omnibus obſecundans vertitur: ita decernente Chriſti vicariâ voce, veritatis interprete, internunciâ diuinitatis, fauente & plaudente bonorum lætitiâ, fremente & rin-

gente malorum inuidiâ gloriosissimè celebrauit.

Ergo quandoquidem orbis terrarum, quem in quanta spatia discedit, pęne vniuersum Religio nostra iam peruagata colit, miris euentibus applausit: & hisce serenissimis festiuisque diebus gallicarum vrbium spectatissima (si à paucis discedas) Aquitanarũ princeps, Burdigala honorificâ supplicationis pompa prosequitur, displosis bombardis intonat, accẽsis ignibus illustrat, effusis clamoribus effert: ac Collegiũ in primis nobile, in quod gregatim cõmeat florẽs vndecumque iuuentus, tam inauditè triũphat, vt vestiti parietes suprà statuam Memnonis eloquenter, cinctę arbores supra Dodonam argutè, & Pyramis assurgens supra barbaram Memphim eruditè loquatur: indignabar tùm mecum ipse, si inter solemnes vrbis preces orator Collegij nihil perorarem, inter tormentorum sonoram vim nullas periodos disploderem, inter externorũ tot ignes, domesticus sanctorum frigerem, inter ipsas

insensatorum voces obmutescens, sanctos non venerarer, quibus vt authoribus nostris literarum tutela gaudet: Si sola digrammatum, ænigmatum picta inuolucra vel tegere virtutes, vel tantum adumbrare paterer, ego nullas apertâ oratione significarem. Non patiar, si tamen vilissimum oratorem pateris nobile par Sanctorum, quos vt summa vitæ similitudo commisit, ita non secernet oratio: nam etsi supra Herculem audax, duobus efferendis incubam: quorũ vni plerique vel beatissimi oratores succubuerunt; tamen Augustissimi senatus, vigilantissimorum Sexuirorum, Rectoris Academiæ Sapientissimi, Antecessorum meritissimorum, religiosissimorum omnis pœne ordinis Patrũ, eruditissimæque frequentiæ præsidio nixus, diuos primum Olympionicos tum in se, tum in alios congredientes perstringo; dehinc oratorio curru implicitos ad pugnę initæ gloriam, vertentibus periodis eueho, vt inter monumenta decoris quæ illis passim affluunt, exilem styli mei lucu-

brationem offundere non erubeſcam.

QVAMOBREM ne longius indictum certamen tenuis & infirma reijcere videatur oratio: quo tempore IGNATIVS celebri gente Guipiſcoæ, quæ pertinet ad pyrenæũ, & ſpectatâ indole clarus, de paternis primum focis in regiam Hiſpaniæ eductus, Pompeiopoli obſeſsâ ciuitate, glandis ictu traiectus corporis cicatrice, mentis vulnus curauit; & ſolutâ cruris compage claudus, rectius ire cæpit, ac decurrere citius tramitẽ auſpicatum arduæ pietatis; ſi illum à militari ſtadio deflexiſſe putas, ipſe aberras. Cum ſanctorum illuſtres auſus, quâ dolori leuando, quâ ſeducẽdo tempori, perlegens à Deo lectus eſt, qui ſanctus foret: & acuentibus ſe in tela verbis intimo pectore ictũ excepit, de quo immortalis vita manaret: ac in diuinum ignem ſe accendente paginâ, totus ad imitationem exarſit; ſi militares ſpiritus recaluiſſe neſcis, eius acta non calles. Cum ad ſe inſinuātis ſpiritus lenocinantem auram præſaga ſanctitatis parietum ſuorum do-

mus Loyolæa ſuccuſſa eſt: euolutis cardinibus, dehiſcentibus muris, abreptis tegulis; nutante pauimento, effractis vitreis, in quibus iam tùm labem dæmonis erumpẽtis agnoſcas: atque inter beatiſſimos cœli ardores, & recurrentis bellicæ laudis dulcedinem, longiſſimè deluſo ſtat Ignatio, domum paternam deo, ſolum cælo, inopiam opibus, caſtra aſtris poſt ponere, & exactæ culpam ætatis noua informatione retractare: ſi tunc bello auerſum ſe abdicaſſe dicis, quid dicas nõ aduertis. Cum nulla fratris prece cæpti frãgente conſtantiam, ad mõtis Serrati tholum, enſem militarẽ affixit; qui contractâ rubigine, quàm tot victoriarum ſplendore magis radians Deiparæ cor intimum tantâ vi fixit, vt penitiſſimis viſceribus ſaucia virgo ſemper adamarit Ignatiũ, & traduces riuos amoris eiuſdem vulneris perenni fonte in nos huc vſque deriuarit; ſi nunquam inde gladium tractauiſſe defendis, tu te retractã qui offẽdis. Cum ſe deſignaturus alio vultu, cultuq; corporis obſoletiore, capillum,

quē medicatâ manu frangebat ad delicias, vexabat pectine, acu discernebat: æthiopico gyro, horridoque squalore confudit, vt quibus erat tamdiu crinibus illaqueatus, his deum illaquearet: Cum renidentem vultum pædore deformauit, qui cæli color angelis pulcher, ipsi deo summè arridet: Cum pauperem ditās exuuijs pro militari tunicâ, talarē induit è rudi sacco, qui tamē mitioris naturæ & intimæ virtutis lucem admitteret: pro ditissimâ zonâ, bullis ardentibus incensâ, validò se fune collegit: vt solutioris vitæ disciplinā seuerius adstringeret: cucurbitam ab latere suspendit, quo se nouo ense viator tutaretur à siti: scipionem ducis, quo vtebatur ad imperium, baculo peregrini, quo ipse duceretur, ocreas elegātes, calceis è sparto mutauit, vt à capite ad calcem alius, cibum ignotus mēdicaret, & vili veste tectus mētem virtutibus ornaret: Si ab armorum discordiâ quieuisse sentis, in hoc sensu non acquiesco. Ignatius quippe abreptus è castris, de fastu sæculi euoluit aciem

ſuam; at non neſcius ſanctam mentem ſolas generare virtutes, virtutes gigni non poſſe, niſi vitia laceſſantur, vitia non laceſſi niſi vis inferatur, viuidã generoſi ſpiritus indolẽ ſemper aluit; vt euinceret ea mala, quibus prodeuntes in lucem tanquam naturali ſatellitio miſeri mortales ſtipamur. Ingentibus vitijs magnæ virtutes nõ multùm abſunt. Idem animus eandem vim vbique prodit, exerit igniculos pares, quoſcunque naturæ fax inſeuit, ſiue in tutelã verſetur rerum humanarũ, ſiue in patrocinio diuinarum: vnde, cum miles olim non vulgaribus contentus periculis quâcumque rem perplexam aſpiceret, impauidus effundebatur: non erat difficile conijci qualis demùm futurus erat, ſi ad diuinam pugnam ſpiritus author inſtigaret.

AGE? quid tantum moror? deſcendite non in arenam æquabilẽ, vbi indomita tumultuandi dominatur licentia; ſed in lacunoſam atque ſilentem Minoreſſæ conuallem, in qua nouus Athleta Chriſti, cui

prima virtutis facies suo illo horrore blanditur; saxo durissimo molle pectus illidit; septenas interdiu horas ad propitiandum numen, humi procumbens cælo assurgit; noctu laborem intermittit; immobilem lodicem nudo sternente solo, stragulam detegente cælo, quâ nec vlla pauperior, sed nec amplior esse potest ad operiendum. Arbitrabamini ducem obiectos vrbium muros macerare? at corpus macerat: qui est interiectus animo paries ad libertatem. Obsessáne castra tueri? at intuetur astra, cui terra sordet. Dissectas acies perrumpere? stat fixo pede, non exit de statu, non promouet neque retorquet gradum, nisi leui interdū declinatione culpā effugiat; in quâ fugâ vis est. Bellica conuiciandi prurigine hostes allatrare? silet altissimè defixus, & angusto collectus vallo, summum omne robur in summâ animi demissione constituit. Hostili sanguine terram imbuere? repetito ter in die verbere, suo respergit. Corporis per inducias resarcire dispendiū? Quin detractis in dies viribus,

viridis iuuentæ forma omnis, & vigor acerrimi bellatoris elãguet. Miramini nouo more certantem? at certe miror magis vos, qui suam esse in motibus domesticis audaciam ad prouocandum; suam aciem in animo ad pugnandum, suam in voluntate vim ad repugnandum; suum in ratione ius ad componendum, immemores: ad ea, quæ vel subtilem & curiosam aciem effugiunt, arma tam multi caligatis.

QVID AD VIM ANIMI sublimius, quam virum trigesimam tertiam ętatẽ nactum, ad immatura studiorum primordia: quorum mansuetudinem fortuna militaris inuiderat; in qua iuuentutem attriuit; Barcinonensium puerorum gregibus admixtum, imperatam memoriæ pẽsionem Ardebalo præceptori studiosissime deposuisse? vicisse pudorem maturæ virilitatis, quæ abhorrebat à consortio puerorũ, quibus infima literarum elementa miscebãt? fortiter euicit Ignatius: quod erat in pueris animaduertendi seueritas, fuit in illo pertinacia virilis, proprijque consilij de-

cretum, vt improbo labore, ætatis dispendium redimeret: in quo diuinitus ridentia surgentis eruditæ Societatis crepuscula adora: & cũ ex tenuibus orta maxima syncerè dixeris, reclama nunquam magis enituisse virum Ignatium quàm, cùm versatus inter pueros, studijs se puerilibus addixit. Quid ad summam fortitudinem diuinius, quam in Cisalpina Gallia speculatorem exercitus interceptum (at erat cæli speculator assiduus) traduci, perstringi salibus, mentis insania transformatum videri voluisse? voluit, qui nunquam ita sapuit. Noluisse suo nomine insigniri tantam societatem? noluit, vnde tantum nomen adeptus est. Acre fuit, ad tentandam virtutem, spiritalis militiæ libellum ad exercendos animos comparatum pungi, carpi, lancinari; nihil inuidiosa atrocitate suspectum, quod non maleuolorum improbitas torqueret in cõtumeliam. Acrius consilium inchoandæ religionis percelli; institutæque sanctiones, fictis criminibus circumueniri. Acerrimum autem, synce-

ram fidem hæresis suspicionibus inumbratã Venetijs & Cõpluti in vincula conjici ab obtrectatoribus, in hoc summè hęreticis: qui monstrum Alcidem pariter appellassent; quia mõstra subegit; at vincula nesciẽs tantus animus, ab omni nexu culpæ socios captiuos exemit, ne seruiret vspiam veræ charitatis industria: & inanem criminis vmbram, triumphatâ calumniâ amolitus est; ne se præberet in hæresis suspicione patientem. Denique sic in te professã lite pugnabas ô Ignati, ne libertatem animi vilissima peccati seruitute mutares, & summum virtutis apicem tandem aliquando cõsequereris, vt in singulas horas momenta momẽtis, stipulas stipulis, actus actibus componeres, prouentũ referres in tabulas post discussionem; nam ita semper tuorum externorumque omnium fuisti, vt tui maximam partem esse meminisses. Ex hac vero pugna tam intima pax est consecuta, vt in hac vita, quæ corpora cõtrarijs elementorum virtutibus adstrinxit, animos mœroris & gaudij discordiã

gubernare solet, nulla te fastidia nulla cura
ibasset nisi Societatis euersæ, qui si te do-
or ad quadrantem mutasset, momento
post in vultum eras rediturus; ac fuso de-
num vitiorum examine, tam innumera
virtutum spolia militem decorarunt, vt
omnis illarum familia in ducem familiæ
nostræ consensisse videatur.

IAM vero si quæ existit causa vt simus,
eadē nobis vt prosimus, vicisse se præcla-
um est, alios gloriosum; nam difficile ce-
lit aliena voluntas, & sui iuris tenax vna-
quæque natura vix patitur alium in suo
lominantem. Ac primo quidem si stans
n eius pugnæ limine, meo me stupore
lefigerem, & ansam illam mirandi pa-
iter atque dicendi, quæ se mihi laxat, ar-
iperem; vnam persequerer artificem Dei
apientiam, quæ tot contrahendis sęculi
ebus implicitum, tùm militaribus ma-
imè studijs, quæ ab omni eruditione
t pietate absunt quam longissimè, irreti-
um, id ætatis virum, ad vincendos ho-
ines in melius, ad piæ Societatis initia

tam repentino consilio militem euocauit. Piscatores olim Apostolos, iam cataphractum ducem adlegit: illos ex naui, istum deiecit ab equo: illos ex arena Neptuni, istum ex puluere Martis excussit: illos vilissimæ simplicitatis plerosque omnes de plebis minutæ quisquilijs exemit inglorios, istum honorata merentem stipendia, & in omni bellorum versatili commento solertem adoptauit. Quid fuerat omnino causæ moderator hominum Deus, vt queis studiosus naturæ impetus, nunquã fallentibus stimulis vnumquemque in sua fata ducẽs, tam abhorrentem vitam selegerat, in par munus se darent? Piscatores acciueras, qui mitiorem orbem, sed tamen in erroris turpissimo cœno iacentem, laxatis Euangelij retibus, præfixis blandioribus hamis, sensim educerent in altissimam lucem veritatis æternæ: at cum iam inueterato dæmonis astu, & corroboratâ nequitiâ peiores viri, subtiles, atque curiosi rerum diuinarum indagatores extiterunt: *Frustra iacitur rete ante*

oculos pennatorum: ea militi fuit demandanda prouincia, vt, quos mitioribus hamis non interciperet, summis viribus expugnaret; & igneo maximè militi committenda; vt, quos in morem obsidendarum vrbium armis non frangeret, iactatis ignibus aboleret. Ergo vt tandem è multis athletæ nostri victorijs nonnullas tantum excerpamus; grassantem Macedonium Basilius, Iouinianum Hieronymus, Pelagium Augustinus, Albigenses Dominicus oppresserat; iam miles Ignatius Lutheri hydram igni ferroque truncauit, ne nascens in Europâ malum fieret inueterando robustius, & vis ingrauescens Hæreseos sera remedia aspernaretur. Non multo peiores Hæreticis Dæmonas absens solo nomine inclamatus fugauit, qui si tantum eminus valuit, quid vbi cominus minoressæ pugnabat? vibrabat ex ipsis oculis tela suauissimæ pietatis; quoties cum externis vel domesticis diuinos miscebat sermones, aut erumpentes oculos furtiua manu exfricabat, aut omnem

vultus cōſtantiam omittens, profuſiuſque gemitibus indulgens vim externam luminis obtundebat, internam acuebat. Abſiſtebat ab ore diuini verbi gladius, quo pertinaciores in malū Deo vicit, ſibique vinxit; cuius exemplum ſi cogitatis vel maximum, dicā maius, dicam rem inauditam, Auditores, tranſcēdam cogitationes omnium in vno, quod plus ſtuporis erat habiturum, quam fidei, niſi palam geſſiſſet. At vbi? Aduolatis Hiſpaniam, vbi diuina Catecheſeos ſtudia tam multus erexit, vt in agris eſſet tradenda, ſeſe in templis ſuffocante frequentiâ, in quibus erat ante ſolitudo? vbi monaſticem amplexas virgines ab aſſueto Ganeonum cōſortio liberauit, qui eo facto ſæuientes dentium omnium ſeriem, contractis pugnis diſcuſſerunt, & repetitis ictibus in terram affligentes, volutatum altiſſimo cæno, ſanguine macerato verſauerūt; vt maculas illorum ſuo ſanguine, æmulus ſaluatoris elueret, & eodem inexpletam libidinem illorum reſtingueret, aut ſatiaret? non ſpectauit Hiſpania.

Accur-

ıccurritis Italiam, vbi domorum ipſi pa-
etes: quos, Romæ, Cœnobitis, orphanis,
iduis, meliora cogitatibus extruxit: ſum-
ıam Ignati vim in expugnandis animis
loquuntur? vbi Iudæus obſtinatiſſimæ fi-
ei, tribus tantum verbis fixus, in imum
ulnus admiſit: & improuiſa vi ſubmoto
›iritu, vulnus charitatis agnoſcens, ami-
ım in ſuo vulnere militem adamauit? ne-
ue vidit Italia. Vidit Gallia; vidit oculus
ıundi Lutetia, & geſtum in ſeducto lacu,
ui cœnoſas aquas ægrè admodùm vo-
ıtabat, teſtis oculata detexit.

CONSVMPSERAT preces, & ipſos
ıpetus lachrimarum, vt à luſtro ſeduce-
t notum adoleſcentem, cuius in omnè
ılgus libido permanarat; id tandẽ cõſilij
›mẽtus, pro tuẽda alienâ pudicitiâ, qualè
ranciſcos & Dominicos miramur auſos
o ſua; inter acerrimos lapidei frigoris
orſus, & Gallici gelu rigorẽ plauſtris im-
ıne Sequanam prementibus, in hunc
ıem dixi lacum, abiectâ veſte, collo ſeſe
nus immerſit: vnde ſalutaribus inſidijs

viam obſidens, præcipitis amici gradum improuiſâ voce turbauit. Stare pauidus adoleſcens; ſanguis ad ima intimo etiam calore tentato recurrere; ac tandem ſciſcitari, quid notus inter aquas quereretur Ignatius? Sitio in aquis, inquit. at ille. Quæ noua fata ſitim tuam Tãtaleis aquis damnarint? aut cur è gelido lacu reclamas? Ardeo in gelu, ſubijcit Ignatius. Quæ te, malùm, ingeminat, culpa Phlegetonti addixerit, inter cuius aquas exardes? Sitio, & ardeo ſalutem tuam; ego aquis, & gelu vitam obijcio, vt tibi ſubiectos ignes circundatoſque reſtinguam. Intuere me, ſi ſanos oculos cæca libido reliquit; intuere volutatum iri in lacu, donec emerſeris è cæno flagitiorum tuorum; audi tibi timentem: non tam præ horrore frigoris mei, quam prę ardore caloris tui toto corpore trepidantē. Progrediebatur ad miſerabilē vocem durior adoleſcēs; & exēplum omni voce potentius in argumentum violatæ mentis, demens ipſe trahebat: cùm miles fractis remiſſioribus haſtis, quas ia-

ctauerat velitando: grauiores intēdit tanto mentis adore: vt ad illum ignem oratio prope gelidum amnem ſtylo frigidiore contracta ſoluatur, & fluere deinceps ſolitâ libertate repoſcat. Auola leuiſſime mortalium, inclamabat; auola; cui ſuas turpis larua Cupidinis pēnas commiſit, vt auolares: ignem ſubdidit, vt abripereris: ſeductis oculis impium velum circunduxit, ne tela Numinis in caput expedita videres. I; obuoluto pallio mediam frontem pudor obnubat, ſi quis in perfricta remanſit. Valeat ſatis inclamatus; valeat omnino proclamatus; abſumatur in fornace; Ego cedam, ego obibo in gelu; at cum primũ nactus ero tribunal ęquitatis diuinæ; prouocabo libidinem, extremum diem dicam impietati tuæ, vt breuiſſimam luat ęterno dolore voluptatē. Ad illas voces ictus, ſupplicem victori ſe abijcit, metum pallore confeſſus: intimo corde ſaucius vitam peſſimā meliore mutauit: obſcęni ignes diuinis ignibus victi, perteritique ceſſerunt; & ad lacum Venus effuſa eſt, vt quam è ſpu-

mis ebullientis ponti natam fabulãtur, cunas, & tumulum pari loco referret. O admirabile robur igneæ charitatis, quæ nescis vim aquarum! ô pugnam stupendam cœlo, incredibilem terræ! ô duellũ in aquæ puluere miro modo, euentuque diuinum! Nunquã te hactenus, miles fortissime, ita ferreus thorax in bello circũcinxit, quam te crustatum gelu in lacu circũsepsit: nunquam spectata ducis audacia, tale tantùmque facinus potuit inter arma; quale hic tremor tuus inter aquas exegit.

MVLTÎ fuerat adolescentem illum, at non tantî quãXauerium, intima consuetudine permixtum, ad suam militiam transferre: vt paribus succinctus armis in eosdem Ignati mores casusque iuraret: qui quò tardiore motu consensit, eo palma florentior quæ tot victas gentes intexit: eò longè fructuosior, quæ vno viro definita Societati decus eximium, summum Ecclesiæ lumen, diuinum Indis præconem, nobilem cœlo sanctum, fœlicissimè comparauit. Quis etiam Ignati virtutem præ-

dicauit impenſius? quis eius ſanctitatem Xauerio coluit ardentius? qui è longinquis tractibus orbis terrarum, ad ſuarum rerum ducem, & rationum dominum literas, non niſi ſtratis genibus exarabat: qui reſcripta Ignati condebat inter ſacras reliquias: qui nihil contra præſcriptarum legum ſanctitatem auſus, vnã eius literulam ſufficere ſibi profitebatur, vt totum orbem peragraret: ceu leue punctum ſat fuit Archimedi, quo mundi machina moueretur.

NEC VERO fuit prima Xauerio, niſi ſummis viribus cum ſe ipſo pugna ſerenda, vt vitam ambitioni ſubduceret, quæ gentilitij ſplendoris acie vibrans militem laceſſebat; vt ſe fortunæ liberalioris opibus exueret, quę argenteis, aureiſque haſtis oppugnabant; vt ſe oppoſitis ſæculi voluptatibus eximeret, quę atrocibus gladijs, mellitâ cuſpide fallacibus armatæ, pari vulnere pungunt & vngunt, ludunt & lędunt, afficiunt & officiunt, vulnerant & titillant, diſſuauiantur, inſidiãtur, mel Hę-

raclæum effundunt, Circęumque venenum ad certam necem offundunt. Illum honores viciſſe non aſtruo: quem ſcio pōtificiam legationem oppreſſiſſe, vt gladium in vaginâ reconditum: quem audiui vicos circuméuntem, modico ęris campani ſono, paganorum inſcitiam ad prę eptiones fidei: vel chriſtianorum defectus ad ſalutarem pęnitudinem inuitaſſe: honores omnes, gentis quę patrię dignitatem infra ſe iudicaſſe, quam ſemper & externo cultu, & tenuiſſimâ viuendi ratione ſubtiliſſimè mentiebatur. At ſi quis fluxas opes abieciſſe non reris; ades, aſcende mare profecturus in Indiam! quid coeuntium nubium horrorem, quid obducti aëris caliginoſum murmur, receptus in Xauerij comitatum pertimeſcis? inter tonitrua, atque irati cœli minas, ſi tacitam in precem ſe colligit; ſecurus eris: inter Caniculę mordentes æſtus, ſi in orationem exardet, frigebis; leuiores nebulæ ſolem temperabunt, & ventus extremis alis afflans mediocri ſuſurro delectabit euntem? ſeque-

re tutus pererrantem: nautico fune cuba: precario victita, pane pæne lapideo, qui incorruptus nauigaret: & solâ deinde oriza, vt gulam domes, qui primus pietati sternendus hostis est, aut te citius, quam ipse gladius, iugulabit. Solue ex portu, quem voto citius attigisti; transcurre pedes Orientem; nec cum Lusitanis comitibus gemmas, vniones, quibus impotens aduidorum mortalium libido pretium sanxit, de Comorinis aquis expiscare; animas cum Xruerio de inferis ignibus extrahe; nec crustas marmoris, & auri venas euisceratâ terrâ effode: sed terrenis cupiditatibus paganos eruë, cœlo attolle; nec Regum oblatas opes admitte; spolium animę vel vnius, quam diuini sanguinis pretium emit, diuitijs omnibus anteponens, causatusque paupertatis consilium, quod nulla in Xauerio vis auri destruxit vnquam, nulla munera violauerunt. Iam vero vt voluptates, quò molliores ad sensum, eò grauiores ad vim frãgas; diuerte in nosocomia; in sere te ijs, quibus

vel truncæ nares, vel oculi effoſſi, vel tumens aluus, vel crura ſemiexeſa; miniſtra cibos, ſterne toros; purga ſordes, terge purulentam ſaniem, & de putridis carnibus vermiculos ebullientes. Perhoreſcis? ah quid audire grauaris, quæ ipſe lambit & libauit; qui ſemel vt reluctantem naturā vinceret, à quâ vincitur genus humanum, & certiſſimam alieno vulnere ſibi faceret medicinam; mendici ſaniem horridam, cæco amore, generoſus exhauſit: & Chriſti vulnera in pauperibus membris detegens, ſaniem in ambroſiam abiuiſſe perſenſit. Quamobrem, ne aggrediar longiſſima itinera, quibus, intextis fune pedibus, ad dolorem, progrediebatur; ne afferre laborem aſſiduos labores, quibus, veluti cum natura pugnaret, corporis patientiam fatigabat; ſi ſyncerum militē ab armata libidine intactum eſſe neſcires; nox ipſa illa affulgeret huic veritati, quam eius ſanguine deſcripſit; cum inter ſomnum turpi monſtro confuſa mente, ne quidem noctu vacans

à prælio, tanta vi decertauit, vt euigilans vbere sãguine, de naribus effuso, ad virginei candoris martyrium, terrã asperserit, & lectum inundarit; reclamarent Malacenses omnes, atque Goani, ijsdem puto clamoribus, quibus Tutelaris sui corpus intactum exceperunt; & feretro intra cancellos aduersus multitudinis impetũ collocato, prohibiti ab eius cõtactu, cui salutem omnem, secundum Deum, acceptam referebant; alij rosarijs, coronisque auidissimè contigerunt; alij libratis impetu corporibus, ante sanctissimũ illud castissimæ mentis domicilium; quod florem virginitatis in viua carne, odorem in mortuâ seruauerat: longissimâ veneratione iacuerunt.

TANDEM, vt victos, non dicam homines (nihil hic tenue cogitandum) sed subactas gẽtes percurram; animat hãc difficultatem humanus animus, qui non ita suo corpori compaginatus est, quin liberimè foras emineat; & quamuis non destinat corpus, Empedoclis tamen sanguine

viuidior, Zenonis igne purior, Pythagoræ modulis citatior, Aristoxeni intentione contentior; cœlo Philoſophorum maior; omniq; ſydere rapidior, quò quò velit, cogitationum ſuarum prodromos volitantes emittat. Nihil aſſuo ad veritatem. Nõ credis animo tuo? Volo tardiſſimum, qui meus eſt, diſiunctas terras peragrare? iam ineſt cum Xauerio; peragrauit. Præcipio Oceanum tranare? nauigat cum Xauerio; ecce tranauit. Iubeo in cœlum aduolare? dicto citius aſcendit; euolauit. Vis me morari? haud te moror; non potes. Quos obices oppones? terræ molem? penetrabit. clauſtra adamantina? perrumpet. cœlum ipſum? perfringet, & ſi quid extra eſt, hoc totum indagabit. Date ergo comites animos: attẽtos non requiro, ſed peregrinos, qui cum Xauerio peregrinentur.

IBAT talaribus indutis diuini verbi nuncius; Mozambicũ, Malacã, Goam, Melindam, Socotoram, Piſcariam, Comorinum, Trauancorim, Manariam, Cei-

lanum, Meliaporem, Amboinum, Molucum, Morum, Bazainum, Cambaiam, Iaponiam, Cocinum, Cangoximam, Firandum, Amangucium, Sancianum: vrbes, prouincias, insulas, maria, regna transuolabat: nec rupes peruiæ, nec tempestas iniquior, nec aspera difficultatũ malignitas, vllo vnquam tempore, reprimebant. Ibat per salebrosas sæpe vias, nudis, & cruentis pedibus; nullo illorum sensu, qui totus inerat cordi; & sæpe genibus, manibusque reptando (nam quem nulla terrenarum rerum sollicitudo abiecit in terram, diuinarum cura depressit) modo prominentia saxa, modo saxis enata virgulta prẽsando, cõfragosis montibus excipiebatur: in quibus barbarorum mentes, cum hac locorum difficultate consentientes, mirâ suauitate vincebat. Incredibilis erat expugnandorum animorum vis, quæ ferreos quosque domabat; diuina plane ars, quæ specimen omnis affectus induebat, inter gentes, quas non magis aëre, & terminis, quam moribus & motibus natura defini-



viuidior, Zenonis igne purior, Pythagoræ modulis citatior, Aristoxeni intentione contentior; cœlo Philosophorum maior; omniq; sydere rapidior, quò quò velit, cogitationum suarum prodromos volitantes emittat. Nihil affuo ad veritatem. Nō credis animo tuo? Volo tardissimum, qui meus est, disiunctas terras peragrare? iam inest cum Xauerio; peragrauit. Præcipio Oceanum tranare? nauigat cum Xauerio; ecce tranauit. Iubeo in cœlum aduolare? dicto citius ascendit; euolauit. Vis me morari? haud te moror; non potes. Quos obices oppones? terræ molem? penetrabit. claustra adamantina? perrumpet. cœlum ipsum? perfringet, & si quid extra est, hoc totum indagabit. Date ergo comites animos: attētos non requiro, sed peregrinos, qui cum Xauerio peregrinentur.

IBAT talaribus indutis diuini verbi nuncius; Mozambicum, Malacā, Goam, Melindam, Socotoram, Piscariam, Comorinum, Trauancorim, Manariam, Cei-

lanum, Meliaporem, Amboinum, Molucum, Morum, Bazainum, Cambaiam, Iaponiam, Cocinum, Cangoximam, Firandum, Amangucium, Sancianum: vrbes, prouincias, insulas, maria, regna transuolabat: nec rupes peruiæ, nec tempestas iniquior, nec aspera difficultatũ malignitas, vllo vnquam tempore, reprimebant. Ibat per salebrosas sæpe vias, nudis, & cruentis pedibus; nullo illorum sensu, qui totus inerat cordi; & sæpe genibus, manibusque reptando (nam quem nulla terrenarum rerum sollicitudo abiecit in terram, diuinarum cura depressit) modo prominentia saxa, modo saxis enata virgulta prẽsando, cõfragosis montibus excipiebatur: in quibus barbarorum mentes, cum hac locorum difficultate consentientes, mirâ suauitate vincebat. Incredibilis erat expugnandorum animorum vis, quæ ferreos quosque domabat; diuina plane ars, quæ specimen omnis affectus induebat, inter gentes, quas non magis aëre, & terminis, quam moribus & motibus natura defini-



uit. Secernebat alias indole faciliore molles; alias robuſtiores, & maſculâ virtute pollentes; cum illis fluebat leuior; cum iſtis mouebatur rapidior; cũ illis lenitate, & facilitate, cõtendebat ad victoriam; cum iſtis ingenio, robore, curâ, grauitate, dignitate. Si accendendi animi; tum natiua indole viuidus ſaliebat in ignes; ſi leniter vinciendi; non iam Gallicus, ſed Indicus Hercules in chatenam auream fabricabatur; ſi caligantes in fide illuſtrandi; ſol iſte totius Orientis fundebatur in lucem; ſi nutantes corroborandi; natiuâ fortitudine præſtans in columnam erigebatur. Magnus, Sanctus, Apoſtolus, vbique audiebat: dixiſſes nec Sacerdotes olim apud Ægyptios, nec Chaldæos apud Babylonios, nec Coniectores apud Chaldæos, nec Philoſophos apud Græcos, nec Magos apud Perſas, nec Literatos apud Sinas, nec Druidas apud Gallos, nec Aruſpices apud Hetruſcos, nec apud ipſos Indos Gimnoſophiſtas tantum eſſe nobilitatos. Ille nautas in mari, colonos in agris, bar-

baros in ſyluis, ciues in vrbibus, egenos in noſocomijs, reges in palatijs, opifices in officinis, in cubilibus ægros erudiebat. Ille ſic in ijs locis, in quibus latè patebat inſcitia, religionis omnis arbiter, diſſidijs erat ſequeſter, deponendis inimicitijs author; vt eius effata omnia, tanquã de tripode Delphij, Pythiæ, Dodonæi Iouis, Ammonis, Iſmenij Apo llinis, & Clarij, Vicanorum Aruſpicum, & Aſtrologorum de circo Oraculis anteferrent. Ille gentium multarũ linguas tam expeditè loquebatur, vt non tam hoſpitem & peregrinũ, quam natiuum & popularẽ nationes omnes acciperent; ita denique omnibus vnus erat; vt ſe beatiſſimas crederẽt, apud quas diutiſſimè verſaretur: nam noſtra ſæcula Xauerij genium non æquarunt: nec vllum ſimiliorem Apoſtolis ad nos beata fata trãſmiſerunt.

VIDISTIS Ternatẽſes viri conuiuam; dum ſe epulis veſtris diffuſiſſimâ fronte immiſcens, ſeueritatem aſſueti ſermonis honeſtis & mitibus iocis tẽperans, diuino

ſenſim pabulo vos recreauit; & tanquam piſces, in adulterijs volutatos, eſcâ capiens ſolutâ mensâ dimiſit impias meretrices, quibus vos nefarius iampridem vſus, & domeſtica conſuetudo implicabat. Nouiſtis, ô Iaponij, vilem pediſſequum, cum tenaci limò luctantem, curſibus equo contendentem; vt prę euntem dominum, cui fidei legem tradebat, ab inferorum calle reuocaret. Cenſuiſtis, ô pagani milites, peccatorē (nec te violo innocentia Xauerij in quam non diceret inuidia:) cum ad veſtra ſcelera ſuâ cute luētem, & flagellorum ſæuitiâ, in nemore, ſe obterentē, acceſiſtis: donec innocētis cruor effuſus in nocuam frontem reſiliuit; & ſic erubeſcentes ſanguine, facti vos pudore ſuffudit. O fęlicem conuiuam! qui tenuem communicati hoſpitij gratiam, diuina gratia; potum leuiſſimum, ſolido nectare; eſcam humanam, cæleſti ambroſia; cœnam breuiſſimam, æternitatis vnius mercede redimebas: & ſacrâ verè fame correptus, non tam cutem tuam, quam mentem alienam curaturus

edebas. O pedissequum singularem ! qui tuos labores collocans, opes immortales soluebas; & ad salutis viam prçibas, dux illorum, quibus te asseclam promittebas. O peccatorem perpetua innocentia candidum ! cuius candorem rubor sanguinis auxit; cuius vulnera multos curarũt; quam sæuijsses in te acrius, si tui te erroris cõsciẽtia arguisset, quem tãtum aliena culpa vexauit. O Proteum mirabilem ! qui in tot formas abiens, vt alios vinceres; tibi sẽper similis extitisti, ne vnquam vincereris. At inopina fata ! iam imminens Sinarum regno: ne æstuante animo corpus igne careret: febri correptus est; iamque vltimis viribus, salute spe exiguâ extremâque pendente, luctantibus inter suspiria verbis, & crebris gemitibus interpunctâ oratione, non tam de suo quam de Sinarum interitu, vir sanctissimus querebatur. O spes fallaces, quæ me lactabant ! ô inanes cogitationes, quæ me alebant ! vide ô cæca mors, quò trahebar ! audi, ô surda quid expostulem ! accipe, impia, quid dicam piè ! cede,

ô pertinax, ardori meo: & nulli hactenus exorata mihi moram concede. Ego in optatissimo Sinarum aditu versor: ô mors! tu mundi exitum opponis, & tam longinquę spei stamina immaturâ falce rescindis. Ego Indorum messe diues, ad fructum locupletiorem me conuerto: ô mors! tu iam sterilibus Sinis incumbentem ad messem, humi affligis in tumulum, & nondum seminatā frugem, ô maligna, præfocas. Ego vitam certissimam interituræ genti paro: tu meæ insidiaris, quæ si non meæ, ô crudelis, at multorum vitæ misereri debuisti. Ego gentilitij erroris caliginem, nouo lumine incendere meditor: tu me humanâ luce priuas, & diuinum splendorē illis, inuida, suffuraris. Ego prædę ditissimę deuotâ aspiratione totus inhio; tu eundem puto spiritum elidis; tu hiantem famem eludis; meque ipsum prædaris. Ego denique laxatis ardori habenis, effuso cursu præceps huc contendebam, quò me certum numen abripiebat; tu me ardentem extremi frigoris gelu constringis; & ineuitatam

tatam objiciens remoram mori me iubes? Ah si tibi stetit impia! Sinarum aditum intercludere, &hoc de fatis tuis scripserat rigor adamantis : cur mihi toties inter acerrimos hostes dimicanti capite meo palmam martyris inuidebas? ne gestientem exire de venis sanguinem illi profunderem, cuius effuso sanguine de morte fui vindicatus.

SATIS EST Hercules inuictissime, satis est; vicisti hactenus multa; hic signa metam; non plus vltra; da manus; herbam porrige; abijce hastã; admitte falcem, quam cæca necessitas ratam omnibus esse voluit, & natura communem. Satis est Alexander Christiane; satis est: si tibi maior tot regnis animus, de quibus triũphauit, fræna piam libidinem in quo vis est, & sanctam ambitionem doma quam mundi vnius capacitas non fuit expletura. Satis est, Francisce, lubet his notis vocibus spiritum abeuntem inclamare, qui maiorem vim prodit effugiẽdo mortem, quam si calcaret. Deest tibi martyrium, illi non defuisti; Obstrui-

tur Sinarum regnum; en cœleſte te poſcit: nec longè abeſt illud tempus, cum tui poſteri cuſtoditos Sinas peruadent, reges demerebuntur, & Chriſtiana fide vulgata excitatiſque delubris, Chriſtiani nominis gloriam longè latéque propagabunt. Hæc ſunt Athletarum certamina, hi labores: quos ſi gloria & miraculis coronarit, inde ſibi coronidem breuior imponet oratio.

QVEMADMODVM milites fracti laboribus, arctè meantem ſpiritum per inducias extendũt; canebat interdum receptui abſtractus à corpore animus Ignatij, & à ſuo ſentienti cadauere, ductilique ſepulchro foras eminens, vel tenuiſſimæ muſcæ ſubuectus alis in aſtra ferebatur: adeo minuta naturæ in alimentum diuinæ flammæ, ingenioſus amor trahebat. Non poteſt, niſi ſuauitate intimâ delibuta oratio, illam orationem recolere, quâ totos dies octo quieuit; & ieiunus ab omni cibo, factus in ſuſceptâ vita robuſtior, deſignatum Societatis exẽplar diuinitus accepit, & ſanctiſſimæ Triados vnam in triplici

persona, naturæ communionē, inter illos splendores, tantâ luce detexit; vt vir nullis adhuc literis tinctus iustum de illâ volumen nobis omnibus publicaret. Mentior, Viri Auditores, mentior, aut vos meus in patrem ardor fefellit; nisi hoc tanto tempore in genua subsidentem lustrauit Minoressa: quæ, iam septimùm dies illuxerat, ad nouum effusa spactaculum exanimem inclamabat (si exanimis eras Ignati, vitam habebas refusam in authorem: eras inter ardētes syderum ignes conditus, quo tumulus clarior esse non potest) at dum corpus efferri iubebat in terram, mens deuoluta est é cęlo: sensere pij viri nouam in spiranti pulmone libertatem, ex afflato iecoris igne natiuum calorem nondum absumptum, & latentis vitę reliquias ex tenui cordis palpitatione deprehēderūt. Hic ego vos testor sanctissimi muri Romanę domus, qui toties ad perennes orantis lachrimas emolliti ingemuistis; toties ad ignem accēsi incaluistis; toties ad suspiria facti concessistis; cum in

arcanã cellam ſolus ſe penetraret, foribus obſeratis, ne quis ſuperna meditanti ſuperueniret; & inſidente externâ nocte dies interna liquidius mirâ tenebrarum ope fulgeret. Aut ſi vos impij, & natiuâ duritie crudeles omnis pietatis ſenſus deſtituit; ite ſurdiores; adeſte, quos appello, fælices ſociorum Ignati manes, qui tãtum curioſitati piæ non imperantes, per labes & commiſſuras portæ, quantùm ad oculi libertatem ſatis erat, hiantis, proſpectum intẽdentes, mox ſuperanti ſe corpore eminentem à terra; ſæpe flammarum miti coronâ cinctum vidiſtis; ſiue de accenſo pectoris rogo ignis abſiſteret, ſiue de cælo flamma radiaret. Hos tibi teſtes obieci impudens & hæretice obtrectator, qui flammas ad redimiculum capitis in eius effigie depictas, inuidioſis criminibus nõ pridem exurebas; neſcis enim, ô quiſquis es indocte pictor! qui hoc inane ſimulacrum animo fingis; tam luculentum ignẽ ſine flammis pingi non poſſe; quas ſi vel obſcurare, vel extinguere niteris ô Papi-

lio! non tantum tibi pennæ leues incendio facili crepitabunt: Sed totus absumeris ab ijs, quas imminuere voluisti. Hic opportunè præuijs flãmis vterer ad miracula discutiẽda: quæ & si non obscura toto iam orbe; tamen vt viderentur, lucem flammarum desiderabant: verum, ne cæcutiam in tot obiectis luminibus, ad eius vnam Societatem me intendo, cuius summum miraculum, vel suffusa inuidorum acies, nullo labore contempletur.

SVCCVRRVNT quidem vaticinia patris clarissima, quibus res lõgissimis interuallis distantes multò ante prospexit. Lauretani Patres acclamant, quos à Lemurum terroribus, Faunorumque ludibrijs scribendo vindicauit: Surgunt Lyssani cineres, quem desperato laqueo iam extinctũ præcisâ de tigillo reste, nixis ante cadauer genibus; vt facta confessione purgaret; in vitã duplicem reuocauit. Petronij Medici domũ intueor, quę fenestris curiosè iũctis, castigatissimis rimis, splendentis Ignati vultu diutissimè radiauit: & audio cęlites

in ſolis tabulis, iam anguſtioribus ad excipiendas imagines, ſine ſpiritu & ſanguine viuunt, quem Deo profuderunt, O Indi! ô Sinæ! ô Iapones! ô ſi longinquæ gentes Burdigalenſem oratorem auditis! nolumus hactenus de venis Orientis exuuias, lapillos, amethiſtos, vniones; poſcimus ſtillas ſanguinis de venis Martyrum, qui veſtræ gentilitatis excultum ſolum, ne in ieiunam ſterilitatem degeneraret, non niſi ſuo ſanguine ſeminarunt: ex quo dici non poteſt, quanta Ignatio naſcitur ſeges dignitatis & gloriæ.

Reliquum erat, vt vim reliquiarum eius colerem: quæ, & Magdalenæ Tauleræ noxiam hydropiſim: Columnæ Cortei cæcitatem: Duciſſæ Terranouæ morbum grauiſſimum ope præſenti remouerunt. Enitendum fuit orationi, tam multis rebus graui, tot matronas adducere, quę partum laborantem fæliciter enixæ ſunt, iconcularum, oſſium, amuletorum eius leui contactu: quaſi ab ipsâ aluo curam puerorum excipiat. verum in te, Societas, viuas, at

que mirabiles Fundatoris reliquias, summâ voluptate, contemplor. Alij te dicant, exuberantis animi pleniore forsan affectu; parentem optimam, & nutricem ingeniorum; splendorem eruditi orbis; reconditam artium apothecam; viuam, atque spirantem bibliothecam orbis terrarum; quæ labentis eruditionis fatum præcipitans instauras, & de miserabili nocte multam doctrinam eruens, omnem pæne scientiarum partem scriptis locupletibus auges. Hoc efferre non ausim; Sed tu, scio, antiquioribus Academijs adiuncta, institutisque illarum adhærescens, politioris, sublimiorisque literaturæ culturam cum incredibili morum commercio temperas: tu, non ad anxiæ quidem pietatis supplicium, Sed ad Christianæ normam iuueniles mentes effingis; dum se prima ætas aperuit, & veræ curæ animum per primos stimulos sollicitarunt. Tu Ecclesiæ sanctissimæ obsequio mancipata, hęreses insurgētes tāta vi insectaris; vt Illustrissimus Cardinalis PERONIVS non pridem agēs

ınimam , de omni religione, ac literaturâ neritiſſimã:arcanas animi cogitationes in ĩnum ſpectatiſſimi, religioſſimique viri, yncerè tùm deponens, implicatam cum uâ Eccleſiæ çauſam dixerit: idque ipſum ıunciatum Regi eſſe voluerit, quod, cum :xtremo ſpiritu,vir longiore æuo digniſſinus effudiſſet. Tu ex tibi creditâ iuuentue,ſpe vna publici,atque priuati boni(cum licam, nihil breuius; ſi cogitatis, nihil paebit latius,) Eccleſiam Antiſtibus atque niniſtris,pia ſuggeſta doctis præconibus, ienatoribus forum, ſubſellia oratoribus, œnobia incolis, orbem probis hominiıus,& cœlum Sanctis imples;qui multi ni-i,tu, quæ inſtituta primùm es ab Ignatio, ınctiſſimâ inſtitutione promouiſſes(nam dminiculo tuo diuina præſcientia vſa eſt) nferos cumulaſſent.

SVSPENDVNT orationem meã ſuſpenſa ẽplis anathemata; quę muta voce, grates gnatio liberatori ſoluunt. Video Ioannẽ .eydam,Ferdinandumque Mẽdoza,alioſque complures à Sãcto vindicatos, è lecto

ſe excipere, huc auolare. Sanctimonialis Izabella accurrit mihi, cõfirmato veſtigio, quæ coxâ perdita iam antè titubabat. Bartolomęus Maioricę ijs me piè oculis ſpectat, quos cęcos illuſtrauit Ignatius: & vulnus deſperatum indigitat Honuphrius, nullâ cicatrice obductum: tendit Baptiſta ſaluam manum, quam vſtulantem, aridam, non pridem inuoluebat. Has, & innumeras curationes non curo. Te mirõr vnam, Ieſu Societas, cuius auſpicatis initijs, armatus cruce Chriſtus, præeſſe, atque videri voluit: vt ſurgentes in te primâ face virtutes deoſcularetur, & contra aſſurgentes impetus ęmula cruce roboraret. Hęreo tibi, nauis tutiſſima, nam me inter alternas adoleſcentię propenſiones, fluctantem in ſęculo excepiſti: quę ſub ſigno Ieſu, nomen, & omen geſtans ſalutis tuę, procellis ſemper omnibus, atque tempeſtatibus altior, ęternitatis portum ſecuris oſculis adorabis. Te miror, quę toties, in Gallijs maximè, agitata his calumniarum fluctibus; qui nihil mitius promittebãt la-

oribus; atque virtuti tuę, quam indignũ, : infame naufragium; fractâ inuidiæ nu- e excelſior eminebas: & copioſam, iam im maxime, iuuentutem Gallicam, quę d tuę ſecuritatis limen cãdidata pulſabat io dimittebas: cum capaces paulatim ;allicæ domus coeunti frequẽtiæ defeciſ- ınt. Tu omnem denique admirationem ıeam conſumis vna mirabilis! cuius cum ſa innocẽtia ſuſceperit vbique defenſio- em, contra mendaciorũ opifices, & exer- tatos in dolis cõſuendis veteratores; iam Regibus omnibus chariſſimam, Eccle- ę conducibilem, hæreſi metuendam, bo- is acceptam omnibus, malis expeten- am, & florentem vbique fatis contuma- bus oſtendis.

AVDIO vos (viri Auditores) longiori m oratione fatigatos exclamare, Satis t; at audio te Xaueri, per diuinas indu- as, inter labores reſpirantem ſuſpirare *ıtis eſt domine, ſatis eſt*, vbi ſinum aperiens, ouum aliquid, ad pugnæ tuæ gloriam, ɔeris & inſinuas. Adornabas olim indi-

cam profectionem:cum renidenti diuinitus animo transuersæ cruces se opponunt: leones arrectis iubis obiectāt: difficultatū monstra glomeratim obtrudunt. Adhuc sitis, nunquā satis. In Trauancori Regem concilias Deo, concidis minutatim idola, & plusquam Scyllæâ fœlicitate, aut Alexādrinâ celeritate, tibi cuncta subijciens, auitam fidem euertis. Adhuc sitis, nunquam satis. In Piscaria quater mille paganos, in Amangucio pæne totidem, vnicâ manu lustras: & tuis retibus innumeras, non dormiens, vt Timoleon; sed excubans in prædam, ciuitates includis. Adhuc sitis, nunquam satis. Apud Indos, & Iaponas, vno sæpe in anno, messem legis vberrimā, & horrea cœli locupletas; nunquam saturatis votis, hæc omnia neque famem corrumpunt, neque sitim demergunt: at dum te Deus in oratione saginat, & largiorem riuum diuinæ voluptatis infundit; ne quid in cœlo demeret, humi prælibata voluptas; satis est, exclamasti; qui si plenior exuberasses; debueras in tuos reliquum deri-

iare, quos poſthac æmulos gloriæ labores
ndici exercuerunt. Denique cũ frequens
niraculorum gloria, glorioſos congreſ-
us tuos vbique glorioſé coronaret; mira-
ulorum maximum eras ipſe Xauerius: nec
xternæ opis indigebas ad gloriam, niſi
leus te cumulaſſet. Quamobrẽ, inter obeũ-
la diuina ſplendore circumfuſum, ſu-
latum palam è terrâ, non miror; quem
cio virum extitiſſe cœleſtem, & ſummum
um diuinis contubernium habuiſſe: licet
n tot externa diffundereris. Sagittæ qui-
lem Barbarorum, quibus multus appete-
aris, in authores ſe reflexerunt: ſeu totus
bires in ſpiritum, aut pars in te nulla di-
ino vulnere vacaret. Ignis tecto circun-
latus ceſſit maiori flammę, quę pectus ab-
umebat. Venenum propinatum inficere
e timuit, qui ſine vi antidoti tot ęgros
eleuaras. Nauiganti cœlum conſenſit: &
nterdum naufragâ rate, cum te tanti pon-
leris virum, in quem tota India recumbe-
at, exilis tabula ſuſtentaret; aquarum
rælium ternos dies extremis fremitibus

elanguit, donec in portu conquiesses. Tibi tantùm non paruit vniuersa natura; quod cum præter naturam, mirabile; sed longe mirabilius, te ita semper non paruisse naturæ; vt inter Christianas expeditiones, nihil ad honestã voluptatem tibi vnquam indulseris; nihil laboris detrectaris. Tuos, ô Frãcisce, mores angelicos miror impensius, quam incurrentes Dæmones, quorum vim, solâ puerorum legatione, frangebas: tuum animum tam singularem, quam corpus viuidi coloris, succi plenum & sanguinis, postquam quintum iam mensem animâ vacauisset: tuam vitam mirabilem, quam mortuos vndeuiginti, quos orans animabas.

Hic vt finem dicendi statuam; statuite vobiscum ipsi, quantâ miraculorum gloriâ, diuinorum militum currus vtrinque radiaret; in quo euehendo, virutes omnes concordi inter se discordia confligunt: insignis præest obedientia : fortitudo vincit in Athletis: charitas in ignibus triumphat: patientia non tolerat æmulam: infra se non

:ohibet temperantia:& ipſa comitas exul-
:erata videtur indignari, niſi ſit prīceps. At
u (quā pie nec enim appellabo perfectè)
› perfectio, quia virtutum omnium impli-
:ata communio es, currum moderata vi-
ctorem, ſancto inter ſe fædere iunges,
liuinoque commercio copulabis.

ITE igitur, Athletæ fortiſſimi! ite ho-
lierno Burdigalenſis Academiæ ſplendo-
e radiantes! peccaui in tantam virtutem
enuiſſimus encomiaſtes; at vos, qui aliis
ẽmper omnibus, nunquam ipſi vobis
gnouiſtis, hunc errorem mihi donate.
/irtutes omnes cenſuiſſe non niſi diuinæ
'irtutis fuit: miracula ſummi miraculi.

I multarum gentium pater Ignati! ô,
quin mihi rotata periodorum ſpiritu ſo-
utiore conuerſio, quibus veluti quadri-
gis albis regina dominatur eloquentia, vt
:urrum ignea celeritate conſequerer? At
ibi ipſe ſufficis.

I pater, alipedes virtus auriga flagellat,
Girat honoratas ignea flamma rotas.

I pariter, diue Xaueri! quin mihi ad pe-

riodi circulum illigata gemma dicendi, vt currum adornarem tuum? Etenim

I pater, ipsa suas facilis daret India gemmas,
Sed lucet gemma diuitiore Polus.

I diuine ignis Ignati: pro natiuo vigore sursum ascende; at supra communē sphæram emica: huic te elemento non insere, qui syderibus maior in deo cōquiesces, & suspirati toties elementum amoris plenis faucibus absorbebis. Prosequere Xaueri: natus ex igne es: illi à Deo totum te debes: paribus flammis rapere; qui tot onustus spolijs non vehereris hodie, nisi victus Parisiis ab hoc igne fuisses.

I, gloriosissime Ignati! non tot olim obtrectatorũ conuitiis depressus es, quot iam toto orbe terrarum encomijs es euectus! Ita cessit in gloriam sanctis omnibus, probris fuisse lacessitos: vt lanam purpuræ fulgor imbuit, quam sordidi colores inquinarunt: aut flos halat suauius quem prementis manus attriuit. I, Francisce prçcellens: quem nos etiam attollimus! non tam sublimis ascenderes, nisi tantum te deie-

deieciſſes: tam vbique clarus non fores, niſi deſpecta mortalitate latuiſſes: tam altâ pace non fruereris, niſi tot laboribus exhauſtus, perpetuum tibi bellum indixiſſes: tam vbere in cœlis non veſcereris ambroſia, ni purulentam ſaniem auidus exhauſiſſes.

ITE viri fortiſſimi! en cœlum patet, quod tam multis excipiendis aperuiſtis; & hinc promotoris gloriæ veſtræ LVDOVICI DECIMI TERTII, bellicas expeditiones ſic promouete, vt quot figit in regno gradus, tot ibi victoriarum impreſſa veſtigia relinquere: rebellium vrbium adæquatos lapides in lapillos gloriæ ſuæ: cæmenta ipſa in vinculum coronæ gallicæ traducere, pergat: & monſtrum illud hæreſeos, quod informi religione adoratur, gladio victore iugulare.

SPECTATE hinc illuſtriſſimum Cardinalem SOVRDISIVM, non tam purpurâ ſuâ, quam virtutum ſplendore vbique radiantem; qui vt ſe totum porrigit & explicat in fructum Eccleſiæ; ita ſanctita-

ti veſtræ deditiſſimus, hodiernos vobis honores encomiis, conſilio, authoritate, omni demum ope prouexit. Is inter purpuratos Patres, antiquitate & gradu eminẽs, in ſolemni Rotâ verſatus: beatã exclamabat Hiſpaniam, quæ te, Ignati, ſuſcepiſſet in orbem; beatiorem Galliam, quæ te tradens religioni Societatis cunas excepiſſet; Italiam beatiſſimam, quæ te cœlo dimiſsũ in ſanctos cooptaſſet. Is te Xaueri, ad laudis cumulum, ſpiritu Prophetam, ore Apoſtolum, opere Confeſſorem, voto Martyrem, corpore Virginem, Pontificem legatione prædicabat

SPECTATE auguſtiſſimum Senatum Burdigalenſem, qui iam ſpectatiſſimus totâ Galliâ, decretam vobis pompam ſtudioſiſſimè honeſtauit: regiâ purpurâ illuſtrauit (ad cuius beneficij recordationem, veriore, quam olim ad latiam purpuram Cyneas, ſtupore defixus erubeſco:) & tandem iuuentutis labores, quæ ſe veſtræ laudi impenderat, ampliſſimâ præmiorum largitione, munificentiſſimè coronauit.

SPECTATE, qui lucetis inter ſumma ſydera gemelli ignes; diui Tyndaridæ; tot calumniarum fluctibus, vexatam ab improbis Societatem, cui præfuiſtis; & aſpectu gemino (nam fœlix eſt) hactenus recreate.

SPECTATE, qui ſtatis ſublimes ſancti, Burdigalenſem iuuentutem, quæ fixa contemplatur elatos: in hęc tenera germina quæ de veſtro aluntur, vobis creſcunt, atque laborāt; virtutis ac diſciplinæ imbrem aureum cœlitùs inſtillate; cuius ros ſi non excipitur primâ ætatis luce, ad ſurgentis ſolis radios expirat.


SPECTATE Burdigalam vniuerſam, quæ vobis hac difficillima tempeſtate deſudauit, quando gemini ſoles ſyderibus eſtis immixti; quæ Societatem veſtram quam multis ante nominibus ſibi vinctam habebat, hoc vno facto ſic illigauit; vt priorem indaginem, in nodos tenaciſſimos, & æterna amoris, atque obſequij vincula prouocarit: coronam denique omnem, quæ me coronat; nec egentiſſimo om-

nium oratori veſtro, veſtrarum orationum emendicatam gratiam benigni recuſate.

DIXI.




Louys ou lys
Louys ou lys
Louys ou lys
Louys ou lys
Louys ou lys
Louys ou lys
Louys ou lys



DIREMPTA LIS,

PIETATIS, FORTITVDINIS, IVSTITIÆ, QVÆ IN ORATIONE ſequenti de Ludouici Regis agnomine contendunt.



EX meus eſt, Pietas: *meus, inquis*, Bellica Virtus:
Ille tuo gaudet nomine, Sancta Themis.
Intereà magno ſurgit diſcordia motu;
Nec, niſi de ſolo nomine, pugna furit.
Cæruleum Pietas *ſignum:* Vis Bellica *rubrum*;
Aurea Gallorum Lilia tolle Themis.
Induit arma precũ Pietas: *ſtat* Bellica Virtus
Caſſide tecta: ſuâ cuſpide tuta Themis.
Cor Pietas: *animos inuadit* Bellica Virtus:
Sceptrigeramque Themis *vindicat æquâ manum.*

Vincio numen, ait Pietas: *ego vinco rebelles*
Bellica Vis: *leges impero* Iustitia.
Astra peto, ingeminat Pietas: *ego* Martia Virtus
Castra: ego sum cœli filia, diua Themis.
Illa Pium *Regem:* Fortem *vocat altera:* Iustum
Tertia. Rex triplici nomine dignus erat.
At Themis *hæc. frustrà mecum contenditis ambæ;*
Ipsa meas lites iudico. IVSTVS *erit.*



PANEGYRICVS

DICTVS BVRDIGALÆ IN RENOVATIONE STVDIORVM; LVDOVICO XIII. Christianiss. Gall. Regi, post bellicas expeditiones anni 1621.

AB EODEM PROFESSORE Rhetoricæ Collegij Societatis IESV.



SI VIRTVTES omnino omnes, quæ communi vinculo inter se contentæ, & sanctissimâ cognatione implicatæ sunt; ad fabricam Principis alicuius, pari inter se voluntate, cōsentirent; si se prudentia coagularet in cerebrum, audacia erigeret in crinem, maiestas explicaret in frontem, grauitas effingeret in

ſupercilia, vigilantia arrigeret in palpebras, modeſtia circumageret in oculos, miſericordia aperiret in aures, ſuauitas diſpergeret in genas, ſagacitas acueret in nares, gratia finderet in os, affabilitas reſolueret in linguam, patientia ſupponeret in humeros, fortitudo nodaret in lacertos, conſtantia firmaret in pectus, æquitas extenderet in brachium, liberalitas porrigeret in manum, vigor diffunderet in ſanguinem; amor inſinuaret in cor, caſtitas accingeret in renes, pietas in genua flecteret, & conficiendi celeritas in pedes explanaret; quò tandem nomine Regem eiuſmodi dicendum eſſe cenſeretis?

VIRI CLARISSIMI.

EGO, ſi meum ipſius ſenſum admittitis, LVDOVICVM DECIMVM TERTIVM: in quo eſt regiarum virtutum omnium certiſſima, & ſanctiſſima conſpiratio: qui (nihil dicam aſſentandi ſtudio) ſi per omnium retrò ſæculorum æta-

tes memoriam celerem circumferre, & Gallorum Regum prosapiā excutere velimus: Clodouęum religione, Dagobertum pietate, Carolum Magnum fortitudine, fælicitate Capetum, æquitate Robertum, Carolum quintum sapientia, Ludouicum duodecimum facilitate, antecessit: sanctitate Ludouicum nonum, Henricum quartum clementiâ & magnanimitate non modo adæquauit; sed domesticâ laude non contentus, rationem init, quâ vicissim eos, quorum sanguine commendabatur, forte aliquo virtutis nouę supplemento cohonestaret. Quamobrem, dum incubuit mihi Burdigalensem iuuentutem prolixioribus induciis affatim recreatam, in eruditū puluerem denuò reuocare; vt totā sequentis anni seriem, sub cādidissimo liliorū auspicio, fæliciter inaugurarer, elegi LVDOVICVM; qui: ceu quondā statuā Memnonis tacitam, & elinguem vehemētius accedēs sol in vocem animauit; ita sol serenissimus Galliæ, victoriarum suarum splendore circumfusus, imminens

nobis, dum vicinas vrbes tanquam ſigna regni percurrit; mutam iam dudum Academiam; cuius deſerti parietes, ſuggeſtus vidui, ſubſellia vacua, area nullo pede trita lugebat, in verba conſueta reſoluit. At quoniam, ſi omnia virtutum eius Signa percurrendo luſtrare vellem; impar caligaret oratio; ſpectabit in ſola Virgine innocentem pietatem: in Librâ æquitatem: in Leone fortitudinem; quæ ſe inuicem ſigna tria incredibili ſocietatis commercio conſequuntur; quæ ſignis tribus ternæ deſignatæ virtutes tria etiam Gallorum Lilia ſignificare cõſueuerunt. Dum Virgo pugnas domeſticas regiæ mentis effert;in ſe ius omne libra traducit; externa bella leo iactat; Chriſtianiſſimi pietas religioſum afficit oratorem; agnata Regi iuſtitia, libratum in ancipiti lance totum ad ſe conuertit; & vis triumphatoris de ſe perorare me cogit.

Ante vero, Potentissime Rex, (ſi tamen pateris, ipſo primæ orationis impetu, vbi vbi agas in armis, tua caſtra

perrumpere) ad ſacrarium maieſtatis tenuiſſimus orator accido, adoraturus auſpicia victricium Liliorum. Liliorum (LVDOVICE) tuorum, quibus nihil ad aſpectum amœnius, nihil ad amœnitatẽ candidius, nihil ad candorem fœlicius, nihil ad fœlicitatẽ diuinius eſſe certò ſciebam. Liliorum illorum, quæ iam delicata fila corroborant, & validiores intus haſtulas æmulantur; vt rebelles fortiter premant: quę foliorũ ſtriatos ordines amplius exerunt, & ſtantia crocis aureis capita ſublimius attollunt, vt de his hoſtibus gloriosè triumphent. Etenim quid armato Regi togatus orator me ſiſto? qui quidem opportunus aderam, ſi tunicam compoſuiſſem in ſagum, pileum aptauiſſem in caſſidem, calamum extendiſſem in lanceam, codices rotundaſſem in clypeum, ſtylum acuiſſem in gladium, actionem inſtruxiſſem in aciem, periodos in globos æneos, & in machinas bellicas argumenta conflaſſem; aut nouus reuixiſſem orator, qui plures vrbes eloquendo cœpit, quam Phi-

lippus pugnando vicit. Accedo huc non miles,sed lituus militię tuę,& regiæ præco virtutis; qui nihil potui in amplissimo, & frequentissimo concessu, vel ad huius solemnitatem diei; quò musarũ noster exercitus lustrari quodammodo solet, illustrius;nihil ad præclarissimæ ciuitatis Burdegalæ, quæ tibi addictissima est, decus splẽdoremque gloriosius; nihil Augustissimo Senatui;nihil vigilãtissimis Sexviris; nihil Academiæ Rectori sapientissimo, Antecessoribusque meritissimis; nihil religiosissimis viris;nihil Burdigalensi coronæ acceptius; nihil mihi ad dicendum vberius; nihil ad attentionem mihi comparandam prædicare iucundius; sic enim nos natura finxit, vt si qui nobis cordi sunt, illorum recte facta æquis auribus accipiamus.

Si mihi apud exteras gentes hodierna res esset; ego longissimam auorum seriem repeterem altius: & fortissimum Ludouici parentem, quem omnes propter vim, magnum: propter beneficia, opti-

mum, appellare ſolemus; intactum abire non paterer: ego honorem capitis regij, dignitatem oris, corporis totius non fucatâ, ſed natiuâ pulchritudine præcellentis, ſpeciem, atque habitum, oratione depingerem: ego denique pręclaram indolem, & regias virtutes omnes, quibus integer adoleſcens effloret; aſſequi dicendo conarer. Sed quid habeo neceſſe, cum video me Gallum, de Auguſtiſsimo Galliarum Rege dicturum, ab ampliſſima Gallorum coronâ circumuentum: quæ neque gentem Borboniam neſcit, à Sācto Ludouico profectam; Henricum quartum, à quo in hāc lucem ſuſceptus eſt, memoriâ colit ſempiternâ; & ſpectatam educationē ex auditis illius rebus facili coniecturâ ſtatuere ſecum poteſt. Nacti ſumus, Auditores, vel accepimus diuinâ numinis virgulâ, ſtirpe clariſsimum, ſpecie præſtantiſsimum, & virtute in primis ſanctiſsimum principē; qui perennes cœli influxus in Galliam effluere ſibi non patiens; quibus potentiſsimus Regum Rex, & moderator deus. Gal-

liarum reges tam arcte ſibi deuinxit, vt nõ niſi Chriſtianiſsimi ſint; hoc ſingulare cœli munus eximiâ pietate rependit. Diuinam enim, ad diuina priuilegia Gallorum, ſtrumarum curationem non curo; exteris licet gentibus admirandam; quæ gregatim hùc confluunt, vt deſperato morbo certiſsimâ medela auxilientur. Etſi inſigne eſt plurimas regni vrbes ſanctorum nomine inſignitas; quorum ope fundatæ ſunt, aut in grauiſsimis malis recreatæ; illas tamen prætereo, quas longioris eſſet viæ percurrere. Auolat etiam mihi volucris, & diuina columba: quæ fælici pennarum remigio cœlis deuecta eſt, ampullam ſanctiſſimam roſtro deponens vngendo Clodouæo cœlitus datam, poſtquam Bezinum Turingię principem, diu pendente pugnâ fudit, atque fugauit. Incluſum oleum attingere vereor; ſacrum enim eſt; & ſolis Regum noſtrorum inaugurationibus effundendum; à quibus ſi diſceſſeris, nullos ſcias Europæ reges, vnquam conſecrari ſolere. Primogenitos Eccleſiæ filios dici non

non dico; nam, cum exteri quidam, & scelerati reges piam matrem euiscerarint, de eius aluo, atque sinu abortiui excedentes, nunquam à Clodoueo, illi, de catholica fide deflexerunt: imo septem, aut octo Pontifices vi nefariorũ hominum de sede deturbatos, tùm profusis impensis suis, tum suorum effuso sanguine, in pristinam dignitatem securos, gloriosissime vindicarunt. Atque eius tutelæ gratiam honorificâ recordatione prosequentes Romani, Regem Galliarum nullâ adiunctione Regẽ dictitant; Innocens quartus, & Clemẽs sextus veniã peccatorũ ad multos dies, pro tuendâ eius salute precantibus impertiũt: Pius quintus eius legato statim ab Imperatoris, honorificam sedem, nomine pietatis Gallicæ, in sacra synodo Tridentinâ, re nondum definitâ, descripsit. Non recito Galliarum Regem euãgelicam lectionem instar Diaconi recitare: nec tracto sacram pixidem tractare posse, & reliquam vasorum suppellectilem, plenam grauissimæ sanctitatis. Ex decreto autem Clementis

quinti, nullum Antiſtitem Galliæ ſuum regem demere poſſe de commercio, & communione Eccleſiæ, commune eſt: eundem Rhemenſis inaugurationis luce ſacra, & vitæ abeuntis extremo die diuinis epulis ſub vtrâque ſpecie communicare communius: communiſſimum denique priuato ſummorum pontificum conceſſu; Alexandri ſexti, Gregorij octaui, noni, decimi, vndecimi, Clementis quarti, Vrbani quinti, Benedicti duodecimi: quorum omniū ſanctiſſima diplomata luculentiſſimus Galliarum theſaurus excepit: nullis prorſus nec ad loca, nec ad perſonas ſpectantibus, ne communibus quidem interdictis contineri tenemus.

Hanc ecclesiæ ſanctiſsimæ vicem officij; hoc coronæ gallicæ debitum religionis; hoc virtutis exemplum vniuerſo orbi terrarum ſuppetit quam qui optimè Ludouicus decimus tertius: nam adoleſcens etiamnum, in omni curâ regiæ pietatis regum omnium affectam præcur-

rit ætatem. Quis verè Deum veretur impenſius? quis amabo illum amat ſtudioſius? quam is qui matutinis aulicorum ſalutationibus nunquam ſui copiam facit, quin deo precationũ ſuarum debitũ cenſum exoluerit? qui nullum patitur abire diem, quo auguſtiſsimis myſteriis poſitis humi genibus deuotè non interſit, etiam in bello; vbi in obeundis Euchariſtiæ & pœnitentię ſacramentis multus eſt, communi admiratione militum omnium, & dulciſsima commendatione ſanctitatis. Cum non difficile eſt Reges, quamdiu rerum ſuarum altiſſimâ pace potiuntur, eſſe pios & moderatos; & vbi bellicæ curæ diſtrictos impeditoſque habent, facile rerum diuinarum ſuſcepta domi ſollicitudo languet; ſecus habet in Ludouico, qui inter medios regni tumultus quos hæretica non pridem improbitas concitat, de more pius eſt: ac quem in pace deum ſuauiſſimum rerum ſuarum comitem eſſe ſenſit, eundem expeditionum ſuarum in bello tutiſſimum ducem fore

putauit. Præterea cum apprimè nouit nullā virtutē adeo securis radicibus niti, quā oscytantis animi langor non emolliat, vel incuria quædam nihil examinantis auellat, sic exire, sic redire solet quasi rationem redditurus: & priusquam se lecto tradat, ab omni comitatu se subducere, remotis arbitris discutere conscientiam, ac rerum leuissimarum pondera, ad lancem æquitatis, & innocentiæ suæ, veluti stipularum leuitatem, aut arenulam ad numerum iniectam secum ipse librare, in chartamque transferre, ne effluxerit, vbi ad Ecclesiæ tribunal deferre oportebit. Hæc multis videbuntur ad laudem exigua: sed contende Iuli Cæsar quantùm potes, & dum Gallicas vrbes triumphator percurris, bellica totius diei facinora vesperi commentare; iam frangēte se sole describe, ne memoriā effugiant, quæ rectè fortiterque gessisti; quin imo, quantum vis, ad rerum veritatem assue (quisque sibi blanditur, & vis omnium suauissima hæc est, quæ se adulationis tormento rotat) sed Christianissi-

mum Ludouicum in maiori laude ponendum esse censeo, qui Gallicas etiam vrbes victor emetiens, sua ipsius peccata computat, & scribit; ne non expiata labantur, & illa quantumuis exigua cum dolore retractet. Hoc est arrogantis animi, illud modesti. Hoc est impotentis, illud fortissimi; nec quicquam arduum est magis, quam Regem publicis negotijs contrahendis, bellisque cum hoste miscendis implicatum sibi tam expeditè vacare.

VIDISTI iamdiu est (quod ad laudem primæ pietatis cõstanti famâ celebratum) vidisti seminarium omnium nationum Lutetia, Lutetia celeberrimum emporium cunctarum gentium, gentium splendor & fama, fama & deliciæ orbis terrarũ, terrarum miraculũ & cõpendiũ, cõpendiũ præcellentissimarum rerum, Ludouicique virtutum testis & præco gloriosa; cum ille curru de more vectus, æris campani pulsu moneretur parrochum in exili pompâ, diuinas epulas circumferre ad ægrum, qui iam vltimis viribus cũ morte luctabatur:



ille aurigam inclamare ; iubere equos sistat; obductum velum reducere; curru desilire; sese in pedes excipere; vtrumque genu altissimo cœno immergere ; & illum cuius tam venerandum est numen, quam certa ibi diuinitas, augustè venerari. O spectaculum cœlo, terrâque dignissimum! quod cœlites omnes suis, puto, sedibus effudit, & intuentes viros sancto religionis horrore perfudit! Sic nunquam liberale numen vincitur bonis. Sic Borbonia gẽs; vt quondam Austriaca, cui par pietas imperium perpetuitate quadam successionis prorogauit; se deprimendo erexit ; sic se deijciendo firmauit. Sic inter infimas platearum quisquilias, volutatum diadema arsit. Sic in cæno, tanquam in cœlo, reges iacuerunt. Sic lilia inter sordes, fixis radicibus floruerũt. Hæc me lõgior admiratio è Lutetia Benearnũ rapit: annus enim omnino est, cum audiuimus prophanatas aras consecrantem : instaurantem diuinos honores, quos súsque déque verterat hæreticæ tempestatis iniuria: collegium ibi

amplissimum alendæ piè iuuentuti donãtem, ac dotantem: & sanctissimam Eucharistiam, ab agrario sacello, in ædem primariæ vrbis transferentem: vbi regiam pompam, cereo albo illustris, illustrissimorum Ducum æmulâ luce pedes ipse comitabatur.

Sed ne vrbe, vel regione vnâ definita cogitatio consistat; illam si lubet dissipate; recolite effrenatam hæreticorum licentiã, quę iam recens in difficillimis huius anni temporibus per vniuersum regnum effusè grassabatur. Vestram fidem (Viri Auditores) quid regium animum perculit grauius? quid acerbius violauit? hæreticos, inter quos est periculosum societatis commercium contra edicta coïuisse, vt nefaria cõsilia secretâ consultatione agitarent? & graue quidem fuit; at sciebat Christianissimus Rex naturam illos ad omnia vitia genuisse, & inferos spiritus ad rebellionem conformasse. Hęreticos sæpè monefactos officij, contra monita duriores factos, & ad suaues stimulos regię clementiæ, quę

ſubditorum errores ad veniam inuitare ſolet, non obſtupuiſſe modò, ſed acuiſſe furorem ſuum? & acerbum etiam fuit; at videbat ex omni vitiorum cæno concretos homines, quos dixi, qui diuinis præceptionibus adeò faciles aduerſantur, humana etiam, cum diuinis, iura pari ſcelere violare. Hęreticos è fano Angelico viros religioſos ablegaſſe, qui ſe ad monaſticem perpetuis incluſere cœnobijs? Pontij cudiſſe monetam, cenſus impoſuiſſe, inſueta vectigalia exegiſſe? Bergeraco foras eminere, prędari, diripere, dilapidare omnia? Cleraci infeſtare vicinos omnes? Neraco Pręſidem integerrimũ auguſtiſſimæ Burdigalenſis curiæ; eiuſdem Senatores grauiſſimos, tum ibi commorantes: omnes maieſtati regiæ addictiſſimos emiſiſſe? Montalbani inſultare, furiales voces iactare; de ipſo Rege contumelioſa verba facere, furere, debacchari? in paccatis etiam vrbibus pleroſque imperatæ fidei ſacramento adſtringere ſe noluiſſe? & grauius erat, atque acerbius. Sed in pri-

mis regiæ pietati grauissimum, & acerbissimum fuit: vbi certissima fama vulgauit, infames, & lutulentos porcos Caumontij (vrbs est non procul Neraco, ambitu quidem breui comprehēsa, sed aditu difficillima) diuinum Eucharistiæ pabulum de sacrâ pixide tam impiè, tam insolenter, tam nefariè, tam (quo vno verbo cætera complexa sunt) hæreticè, proripuisse, proiecisse, prostrauisse. Legeras olim (Christianissime Rex) excutiendo Annales Galliarum tuarum; in quibus volutandis assiduus es; hæreticos nō pridem, viua atque spirantia sacerdotum corpora humi fodisse; capita reliquisse prominentia, quę discum versantibus metam signarent; duo commisisse viuos homines arctissimis chatenis simul implexos, vt vrgente fame alter alterum ederent, & excarnificarent; suris interceptorum alligasse nefrendes, quorum importuno clamore sues matres excitæ insontes discerperent; ferreas calces subdidisse pedibus, vt equis; ignem instillasse, vt porculis; euiscerasse

ventres in quibus equi pascerentur, vt in præsepio; interfectorum exta adhuc calentia, per humeros traduxisse, vt baltheum; vel inuoluta baculo prætulisse, vt trophæũ; truncas Catholicorum nares pileis prætexuisse, vt laciniam; vel abcissas aures circũduxisse, vt cingulum; capita rotauisse vt globulos; oculos acu discreuisse, vt telas; in molendinis aquarijs membra omnia rotâ vertente, elisisse, triuisse, vt triticum; in ventilatis pistrinis leuiter agitasse, vt turbinem; multos è summis arcibus, multos è cacumine præruptorum montium, per deuexa obliqua saxis asperrimis horrida præcipites egisse, vel in lacunosas conualles, vel in caueas spinetis exaggeratas, vel in voragines & eluuiones aquarũ; eas demũ tragædias in Gallia perhibuisse, spectante toto orbe terrarum; vt alienæ gẽtes perennes nostros amnes qui vbique placidâ aluei libertate decurrũt, in põtum Euxinum abiuisse dicerent: æquabilem atque amęnam regionum planitiem in Poliphemi antrum cameratã: subuersas aras

ſanctiſſimas in Buſiridis aram denuò excitatas: cōitatem Gallorum in Caligularū, in Neronum, in Phalaridum, in tygridum naturam refuſam eſſe putarent. Quid pergis anime? ſuperſedendum eſt; dicam quod vnum fuit enarrandum; hęreticos, id temporis, cum templa & delubra magnifico cultu elaborata; cum vetuſtiſsima cęnobia ſolo ęquarēt, ipſi pariter Chriſto ſub hoc exiguo orbe diſsimulante deum veriſsimè latenti ſępe fuiſſe iniurios, pedibuſque calcaſſe. Sed dū hoc ſcelus incidit in Regis tempora, tā pij, tam religioſi, tam ſancti: neſcio quid illud dolendum magis, ac ſingulare viſum eſt, quod etiam numen vindicauit: cum totum illico templum ſub ruina ſontes oppreſſit: & fortiſſimus Aquitanię Pro rex dux Mayennæus, quos diuinus caſus ſeruauerat, abeuntes profligauit: & omnia tum foris, tum in vrbe meritâ ſtrage cumulauit.

EXTERNVM pietatis ſenſum in Rege interna viuendi conſuetudo non refutat; indignum enim eſt quod profiteris extus,

intus non confiteri,) cui omnis vitæ ratio tum priuata, tum publica perpetua eſt morum cenſura, norma diſciplinæ, clariſſimarum virtutum imago, contemptus voluptatum omniũ; quibus anima lædi, & molliſſima caro deliniri ſueuit. Hic me contineo magnopere, ne de Ludouici cõtinentiâ ſermonem inſtituam: ſed anni conſequentes inquirent, quis è regibus, diuino quodã habitu moderatiſſimus; quis liliatus adoleſcẽs ſanctiſſimis modeſtiæ legibus adeò ſe adſtrinxerit, vt in ætate maxime lubricâ caſtiſſimus, in flexibili conſtantiſſimus pudoris, & officij cuſtos eſſet? & ſuperſtites dicent. Ludouicus decimus tertius. Mirabuntur poſteri, quis in ea dignitate, in quâ nihil deeſt ad libidinẽ, ſi laſciuire velis, vel à leuiſſimâ ſuſpicione procul abeſſet? quis aulam ſic moderaretur, vt nemo turpiter in eâ dicere; nemo improbe facere poſſet; quem non vel acrioribus verbis coerceret; vel ſupercilio grauiore caſtigaret; vel tacito cogitationis cõuicio verberatum procul hinc amãdaret: & An-

nales docebunt. Ludouicus decimus tertius. Præterea castissimus Rex reginam virtutum iustitiam adamauit; cui me vocanti in laudem suam cedere iustum est, ne si iniusto silentio iustitiam Ludouici Iusti silerem, ipsi iustitiæ iniuriam facere viderer; quę iuste virtutum cæterarum ornamenta cōponit, & ad adipiscendū ardua maximè est; nam etsi naturæ ipsius ductus ad curam ęquitatis impellat, sine quâ humana ratio contineri non potest, plerique tamen aliįs factum satis esse putamus; cum nobis sit omni ex parte satisfactum.

SOLERS, atque diuinus rerum altissimarum indagator Plato, cuius aurei conceptus omnino cum cœlestibus videbantur habere commercium: vt Reges supra humanam sortem efferret, quibus corona tanquam semen immortalitatis, & radius ex æterni luminis fonte delibatus cōtigisset: Illos Deos, aut saltem Heroas, ex Deo, & homine conflatos esse prædicauit. Sapientium deinde mortalium eruditissimus, & eruditorum Sapientissimus Mer-

curius; cui multiplex rerum ſcientia Trimegiſti nomen adſcripſit; eoſdem, tum ob continentes beneficiorum influxus, quos in ſubditos deriuant; tum ob vertiginem, & numquam intermittentem impulſum, quo ſuis affectibus implicitos, pro ſua libidine circumducunt, cœlis ſublimibus non ineptè æquauit; Audiui Soles mundi oculos appellari: cum ij qui in orbis exemplum ſtatuti ſunt, omni virtute prælucent: aut offuſas regno tenebras diſcordiarum, educto Maieſtatis ſplendore diſcutiunt. Si edictorum grauitate terret, Tonitrua eſſe diceres; ſi læſi vlciſcũtur, fulmina iurares; & ſi dignitatem oſtentant, Aquilas affirmares; quæ remigijs pennarum erectæ ſupra cæteras aues ſuſpenſæ conquieſcunt. Eſto? quidquid voles; non abnuo?Deos, Heroes, Cœlos, Soles, Tonitrua, Fulgura, Aquilas non inficior: ſed exiſtimem illos, ſine numine Deos, Heroes ſine vi, Cœlos ſine impulſu, Soles ſine ſplendore, Tonitrua ſine ſonitu, Fulgura ſine ictu, Aquilas ſine pennis, ſi Re-

giarum virtutum anima, belli robur, decus pacis, præsidium gentium, purpuræ fulgor, coronæ vinculum, & sceptri apex æquitas desit; quâ illi Regnum suum iustâ imperandi, prohibendique sapientia moderantur.

QVAMOBREM si nihil ad tuendum Reipublicę statum optimis Magistratibus est cōducibilius; ad eos vero iustitię àntistites intra septa muneris coercendos efficacius; quam princeps, cui iustitia cordi; nec enim, ait Plato, clientes id temporis audent mercari auro iustitiam, quę pretio caret: nec iudices in eam libram inclinare: in quâ plus insit pecunię, quam ęquitatis: & neutri plus in auro ponderis statuere, quam in ęquitate momenti; tacitę cogitationi vestrę relinquo, quam sub eius sanctissimis institutis liliorum cādor vigebit, sine quibus in tribunali Regem nunquam intueare sedentē. Vix pedē intulit in vnam è supremis ciuitatem; cum ad summum augustioris æquitatis sacrariū gloriosus ascēdit; vbi iura genti suæ studiosè dispensari:

controuerſias omnes ęqua lege diſceptari tam ſanctè iubet, vt ſummi ſenatores & legum adminiſtri, non tam in ſubſellijs ſuis Ludouicum Iuſtum, quam ipſius iuſtitiæ expreſſam imaginem: non tam imaginem, quam viuam illam ipſam, atque ſpirantem ſpectare videatur. Geſtit hic oratio erumpere, ſed eam continebo, & reprimam in ſecretum conclaue priuati conſilij; cuius ille Senatum ſedem auguſtioris ſapientiæ, & fontem rerum præclarè gerendarum pæne quotidie cogit; vbi intereſt patientiſſimè; præeſt ſolertiſſimè; decernit ſapientiſſimè; & grauiſſimos rerum ſuarum tum ciuilium, tum bellicarum cōſultores in ſui admirationem conuertit: ita præfert in capeſſendis rebus arduis animi magnitudinem: in gerēdis acre conſilium: & ſenilem quandam in adoleſcentiæ flore maturitatem, pari comitate conditam.

STVDIOSVS eſt in priuatis nobilium virorum controuerſijs ſedandis; nam crebriores iner ſe inimicitias gerunt: in quibus cauet admodum, ne ferro dirimantur.

Vidi-

Vidimus heu! priusquam Ludouicus habenas regeret; communi bonorum omnium sensu; vidimus plusquam gladiatoriam carnificinam, in strage virorum nobilium, quorum in dies sanguine puluis Gallicus opplebatur: & nostra miserabilis patria, quæ cæteroquin humanissima est, suo ipsius cruore immersa redūdabat. Vix leue verbum intercesserat, Auditores, cum dirimebat omnem vsum; scindebat amicititiam; cruentis verberibus erat opus ad abolendum: non nisi sanguine iniuria delebatur: adeò in exulceratis animis grauiter dolor insidebat. nec morâ! se prouocabant coram alter alterum: aut conflictus nomen exarabant in chartulâ, diemque describebāt, quo cōuolaturi erāt ad pratū: in quo gallorum nobilium florebat temeritas, virescebat insania. Audiebatis ô solitudines Galliæ! ô erecta montium! o flexa collium! ô porrecta camporum non tam amænâ florum varietate quam Gallico sanguine picturata! lamentationes viduarum, quibus mane vegetos sponsos vna fa-

talis hora ſuſtuliſſet. Audiebatis clamores, & eiulatus pupillorũ; qui columen antiquę domus; qui vnicum rei familiaris adiutorem; qui parentem chariſſimum ſubitâ tempeſtate euerſum ingemebant. Spectabant, & oblectabantur, ô ſcelus! vrbium ciues, qui muros, qui tecta, qui turres, qui pinnas arceſque templorum confertim aſcendebant, vt ex edito loco longe intẽderetur acies ad proſpectum erroris. Hic in æquabili planitie, exuti veſtibus omnibus, vt exilirent magis; vt ſe agitarẽt liberius; aut ad animi leuitatem, corporis leuitas accederet; bini terniue cõcurrebãt. Hic effingebant arte bellicâ ſupercilium; hîc duriſſimam frontem armabant; hic ſtrictum enſem torquentes vnâ manu, mucronẽq; alterâ prętẽdentes ad ictus prohibendos, ſtabant fixo pede; exibãt de ſtatu; promouebant gradum; excedebant; recedebant; ſuccedebant in latus; petebant, repetebant, punctim & cæſim: recumbebant in capulum, vt manantem ſudorem tantulùm exfricarent. Nec mora;

collecto demùm spiritu, sæuiore odio incurrebant, donec alteruter, aut ambo, grauiter sauciati, exanguesque iacerent. Probro ducebatur herbâ porrigere: dedecus erat spiritum abeuntem reposcere: laudabantur & qui vicissent, & qui occubuissent: Gallia destituebatur interim nobilitate militari: traducebant exteræ gentes nostras ineptias: Deus immortalis violabatur: inferi soli spiritus recreabantur opimâ prædâ; quam hæc singularis pugna ingerebat; vt auidam ingluuiem prolixè saturarent. Ecquando Gallia misera, à tantis, tamque diuturnis malis respirasti? nisi cum Edicto sanctissimo Ludouicus iniunxit; ne quis deinceps ad tale facinus audendum proiectus esset: vel omni re familiari proscriberetur: & inustâ perpetuæ infamiæ notâ, ignobilis sicarius in crucem ageretur. At quoniam hæc funesta duellorum bellua, inueteratâ nequitia vix dùm ita perimi potuit: quin in quibusdam abortiua renasceretur; ille in propositâ mente cum sanctâ pertinaciâ du-

ras, exclusis omnium precibus; etiam eorum qui maiestatem regiam non obscurâ propinquitate contingunt; si ad facti veniam interuenirent: sontes plerosque addixit laqueo: insepulta enectorum cadauera sublatis pedibus, prono corpore, in os ciuitatis amplissimæ iussit appendi; vt cæterorum licentiam iustâ in animaduertendo seueritate deterreret. Iustus etiam Rex difficilius a recto, quam sol à cursu detorquetur: & cũ graui incommodo non nisi pœna grauis auxiliari potest: si grauiter vlciscitur; non est seueritati, sed æquo tribuendum.

NON dicam (Ludouice) edicta grauissima, quibus sæpe alias intonuisti; non attollam vlterius summa iustitiæ capita: venerationem numinis in quâ excellis: debitum subditis exemplum, quod magis præbes quam imperium: impar sum illis omnibus, & in medio orationis cursu tantùm non sisto, veritus; ne si rei susceptę maiestatem cum tenuitate dicentis illâ tuâ iustitiæ librâ ponderare velis, & adæ-

quare; iniusto Rhetori iuste succenseas: & læsæ maiestatis reum adiudices, qui imparem prouinciam ausus est sustinere. Verum in hac iustitiæ causâ illam iudicem recuso; & ad sanctissimum regalis clementiæ tribunal prouoco; quâ te ex hoc fastigio plerumque dimittis: tenuiores ad conspectum admittis: & cũ illis sermones tantâ facilitate cõmittis: vt qui Iustum dici nesciret, Optimum appellaret. Eris tu tamen hactenus iusto agnomine Iustus; nam alij sibi superbos titulos adsciscant; quos Alexandri, quos Pharaones, quos Constantini, quos Othomanni, quos alij optarunt, & adoptarunt? Sit Cyro nomẽ Solis: Neroni Nerienis; Antigono Euergetæ; & Lucullo togati Xercis; Attilla se velit Iram Dei dici, Tamerlanus Flagellum; Vespasianus orbis delicias; Ælius Adrianus Doctum; Pupienus Maximus Fælicem; Claudius Flauius Bellatorem; Nerua Bonum; Trajanus Optimum; Anthoninus hic Pium; ille Philosophum; Galerius Pulchrum; Henricus Aucupem; Maximi-

lianus Liberalem; Commodus Herculem, aut Deum; Gallorum quoque Reges varium sibi nomen adscribant. AVDITE GENTES QVA SOL ORITVR, QVA OCCIDIT: ACCIPE ÆQVIS AVRIBVS VNIVERSVS ORBIS TERRARVM. LVD. XIII. AVGVSTISS. CHRISTIANISS. GALLIARVM REX, HENRICI MAGNI SOBOLES MAGNA, IVSTVS POSTHIDAC NOMINETVR. TV VERO REX REGINAM VIRTVTVM SEMPER AMATO: LONGÆVAM THEMIDEM COLITO; VT SVPERI LONGAM ÆTATEM TIBI POTIVNDAM DENT.

DVM exclamabam longius; aliquis vix, puto, religione tinctus, intercisam exclamationẽ ab exercitu regio, scommate interpunxit. Regem, ait, prædicas? anne plebeium hominem; ecquod est maiestatis cum hac æquitate tantę gloriæ? cũ hac im-

belli virtute virtutis? cum hâc pietate commercij? cuius plerumque cultus heroicos viros seduxit; magnas mentes emollijt; & à militari studio deflexas, ad ingloriam otiosæ vitæ rationem, indignissime reuocauit. Pietas magnas emollit mentes? ô magnam impietatem! ô mollis hominis dementiam! Pietas magnas emollit mentes? emollit mētem pugnare cum domesticis hostibus, qui carnem, qui mentem, qui sensus, qui rationem oppugnant, vt sese in obliquos & virtuti contrarios fines ruere præcipitem sinat? si impugnat te æstuantis adolescentiæ furor, nō repugnas? si te stimuli inanis gloriæ pungunt, non recalcitras? si premit turbidę naturæ impetus, non reprimis? & libertatem animi turpissimâ obiecti sceleris seruitute permutas? & cum tecum pugnando, si tamen fortis esses, oppositas delicias arcere deberes; tibi ipse fauendo das manus, & ad primam lenocinij auram, sinum aperis mollissimæ voluptati. Pietas magnas emollit mentes? hæc audis deus immortalis, & taces? hæc

intueris, & pateris? ideo Ludouicum tu Regem decreuisti, vt decretorum tuorum augustam sanctitatem ille non vereretur? ideo tanti Regni habenas permisisti, vt in præceps ferretur? ideo fluxam, & aliquanto post tempore intermorituram coronam imposuisti, vt æterna non frueretur? ideo suprà sortem communem extulisti, vt infœlici exitu ad inferos deuolueretur? Hic ego ne sanctissimorum pariterque fortissimorum Regum beatissimos manes excitem, cineresque euoluam; testis est vnus instar omnium Ludouicus hîc noster, qui ante duos annos domesticos regni tumultus adolescens sedauit: & suprà septuagintâ vrbes aut arces, vel ad voluntariam deditionem adduxit, vel obsidione gloriosâ coegit. Vertebatur annus superior, cum repentinum illud, & improuisum incendium exarsit in Galliâ: quo vniuersæ, pæne momento, Regni Prouinciæ conflagrauerant; & si non suadebant multorum humana cõsilia, vt vrbe regiâ pedem efferret: exsti-

mulatus tamen bellicâ indole, & afflatus diuino numine (nam consilium inuentum est planè fuisse diuinum) viæ se credidit: Cadomum subegit in Normandiâ: Pontem Cæsaris, quem vulgus Seium vocat, euicit: Benearnum expugnauit; impedita regni negotia tantâ luce detersit; vt productus in theatrum Galliȩ nouus è machina Deus videretur; qui difficiles fabularum exitus facile extricaret. Quid exempla longius repeto? in promptu est contra rebelles, fœlix, nobilis, optanda, expeditio: in quâ quotidianis pugnæ laboribus ita se prodit regius animus, vt nullius lucem styli desideret, qui gloriosus vbique de ingloriâ hæreticorum gente gloriosè triumphat. Vbi iam ille qui pietate magnas mentes emolliri mentiebatur? vbi vecors? vbi exanguis? excessit! euasit! erupit! præ pudore! præ metu! Vis improborum nihil est, quam adultera quædam, & inanis fortitudo, quæ suâ iactatione veræ virtutis decus dignitatemque proiicit: & fictitiam plerumque gloriam æternâ tur-

pitudine vendit. At si antiquæ leges & instituta valuissent, quibus nobilitatem à plebe, non alijs, quam virtutum finibus discretam accepimus; cum omnes initio pares natura confudisset: huius profecto tempestatis plerique homines haberent aliud ad commendationem suam, quam externam bellorum peritiam, quam insolentem sæpe audaciam; & illi quibus audacia deesset, inanem ac fugitiuam parentum suorum memoriam; quorum, te importunè, fingendis commiscendisque laudibus, assiduâ cõmemoratione obtundãt: & fortissimus Galliarum Rex pristinæ illius & syncerę nobilitatis custos, à quâ vertentibus sæculis nostra paulatim viuẽdi consuetudo deflexit, non tantam sibi gloriam ab externis, & ciuilibus bellis, quam tamen maximam adeptus est; ac ab internis & domesticis habuisset. Omnino (Viri Auditores) omninò, quicquid impij è cœno voluptatum grunniãt, Pietas diuinis nixa præsidijs ad bella committenda magnas mentes corroborat; nam cum prę-

lia non nisi iusta capessantur ab eo qui iustus est;& à probo piè tractentur, virtute duce, & cœlo comite, gloriosos euentus vbique sortiantur.

QVANDOQVIDEM victoriarum Ludouici sese campus obiecit, excurramus;& quē pedem hîc fiximus, ne referamus. Afficiebatur nō pridem venatione, quâ futuri duces imbuuntur tanquam experientiâ regiæ iuuētutis; at iam ad nouam venationem, ô Lutetia, tuus Cyrus erumpit: exit Hercules ferarum domitor, quem non nisi septum leoninâ pelle reuises. Non vides sagacissimam canum indaginem? at potentem educit exercitum, ad quamuis expeditionem paratissimum. Cornu venatorium non audis? at machinas ingentes ferreas habet; cannas murales secùm magnâ vi trahit: venatur ipsis feris immaniores hæreticos; qui Angeliaco suo tanquam cælo tutos se putant: qui suo se Pontio, tanquam ponto infido credunt: qui se sancta Fide, vt fidissimâ vrbe sepiunt: qui Castillone, vt castello fortissimo se

munjunt: qui Bergeraco, vt paſtoritia ſpelunca ſe abdunt: qui Tononij, tanquã ſub Iouis Tonantis præſidio conquieſcunt: qui Cleraci igneorum tormentorum atras nubes, quibus aër inumbrari & inhorreſcere ſolet, non formidant: qui Neraco tanquam nigro, & latenti ſpecu ſe tegunt: qui Montalbano, vt monte inacceſſo, gloriantur: qui ſuâ ſe Rupellâ, tanquam rupe fortiſſimâ tutantur: qui ſe alijs vrbibus exaggeratis magnâ vi, tanquam ſpelæis horrentibus, magni ferarum greges incluſerunt.

PROSEQVAMVR tandem Gallicum noſtrum Poliorçetem: qui, vt Demetrio illo Macedone continentior; ita fortior extitit, atque fœlicior; nam ad magna omnia adminiſtranda vehementer pertinet, vtrũ ſint duces continentes. Proſequamur Lutetia per inexplicabiles licet Mæãdros, & ambages viarũ; ſic enim per Galliam, deuia, & ſerpentina Hæreſis ſe circũ agit; obliquas, & tranſuerſas vrbes, ad iniquam impietatis ſuæ defenſionem occu-

pando: sic se florentissimi Regni virus insinuat; vt integritatem vetustissimæ, diuinissimæque religionis, suo fluxu corrumpat. Cum igitur Ludouicus hæreticam rebellionem in ijs vrbibus, aut per internuntios audiuisset: aut per Oculos exploratores aduertisset: aut accepisset à finitimis, qui expostulaturi ad Parisiensem Regiam vndique confluebant; statim à Paschalibus ferijs, vbi se floridior annus aperuit ad bellum; Rebelles noua consilia molientes conscripto exercitu inuadit, vt occurrat in tempore imminenti periculo, flammamque restinguat, antequam magis inualescat.

PRÆTERGREDITVR Francos, & citerioris Aquitaniæ populos; nullus obstat; omnes verētur sydus aut numē, quod inuocatum à suis præsto fuit, tutelaribus armis illuxit, ope prçsenti recreauit.

TRANSIT Andegauos, & illi cedunt. Ipsaque Salmuriensis arx, altissimâ rupe superbior, & ad hoc vsque tempus custodita seuerius, euoluit cardinem, excutit

pessulum, feras multiplices vltrò relaxat; vt excipiat venientem.

DIGREDITVR ad imos Pictonas, quos vt multos Hęresis contaminauit; ita Rebellare aduersus Principem moliebantur: ad cuius aspectum sanctissimum pluribus astrictę vinculis fores vrbium patuerunt; arma de ciuium manibus, quasi diuina vi, excussa ceciderũt. Est in vultu Regum simulacrum veluti numinis, imago quędam supremi Ręgis? & tanquam facies solis in nube, radius in cristallo, hiacintus in cera facies expressa diuinitatis.

PERGIT ad Sanctonas. Angeliaci suum in malum pertinaces obsistunt: per portas in vrbem via non datur, per muros sternenda est: cingitur inimica vrbs, omni ex parte corroborata ad vim, & multis vndecumque aggeribus congesta: sonora cãnarum molimina disploduntur ad octo mille: muri dehiscentes viam prębent incertam adhuc: tecta domorum concussa abeunt in puluerem: & vix soluto mense ibi victritia signa Ludouicus infixit; vbi

Carolus nonus, alijque principes plures menses consumpserant; etiam cum illa vrbs ad se tuendum minus valeret. Interea Pontium, non inde procul dissitu aures, & oculos aperuit: audiuit tormentorum bellicorum, inconditos fragores; obstupuit: vidit missilium globorum flāmas, & concitatas grandines: & suas claues misit, atque victori vrbem sine morâ concessit.

CONTENDIT ad Petrochorēses armatos, vbi Castillonis, sanctæ Fidei, (ne attende nomen, prophana enim est) ipsius etiam Bergeraci ciues inermes obuiam processerunt: cum omnis repente armorum acies ad fulgorē tantę maiestatis hebesceret; ceu Iulium Cæsarem aiunt, seditionem exercitus iam longius effusam vno verbo compescuisse: Augustum Actiacas legiones momento deterruisse: Alexandrum Seuerum adolescentem adhuc tumultuantes copias tanta vi repressisse; vt se grauissimum regij vultus pondus, & oculorum fulgura ferre non posse, palam enunciarent.

O bene ſuſceptos labores! ô expeditionẽ tuam, Ludouice, huc vſque glorioſam! Rem enim inauditã, Auditores! quot fixit omnino gradus, tot ibi victoriarũ impreſſa veſtigia reliquit ad firmiſſimam omnis ætatis ſequuturę memoriam. Abi jam procul Imperator quiſquis es, quem indigniſſimum hiſtoria memorauit; Egredere, qui ingrediendo, anſans ſuperbè dexteram, ſericoque ſplẽdore vibrans ad luxuriã, tam tenuiter, tam molliter, tam delicatè ſuſpendebas gradum tuum, vt intactam pæne terram omitteres; quam ita attingebas, ac ſi quacunque pergeres, ibi ſtatim pullulare roſæ, fluere balzama, mellis & lactis fontes ſcaturire deberent. Auola, leuis imperator, & cum cothurnis tuis altius efferentibus hinc te quantòcyus effer; verè vbicunque Noſter regium fixit gradum, ibi ſtatim naſci victrices laurus, triumphales arbores inoculari, inoculatas vno puncto pubeſcere; folia enata pube formari, formata pandi; floſculos ridere, gemmas turgeſcere ad coronas; & fructus immorta-

immortalitatis vi caloris conditos eminere dixisses. Perge triumphator, accelera; nec te moror, cui tantum iter est, quod in amplissimæ victoriæ loco, ac monumento, maiores tui reposuissent.

DIVERTIT igitur ad Aginnates, vbi Tononienses aduectis cannis perterriti; humanumque Iouem cõspicati, qui extra muros tonaret: intra septa vrbis admittũt: at Cleracenses è suis excluserunt; dũ suum Cleracum æternis tenebris damnandum, eo solum clarum, quod Ludouici armis interiit, pertinaciter occluserunt. Tum recaluere militares spiritus in hostes: ibi regij duces laxant ardori animi habenas, & in præceps omnium animus se se effundit. At obsessi viribus impares animo frangũtur; ad genua Regis accidunt: hastas abjiciunt: vrbem & omnia sua permittunt: humanitatem tamen victoris implorant; qui trium dũtaxat vitam repetiisset, quam laqueo præcidi iussit: nisi diuina vltio seuerius animaduertens, ob suam in Rege violatam imaginem, aquas excitasset, vt

lianus Liberalem; Commodus Herculem, aut Deum; Gallorum quoque Reges varium sibi nomen adscribant. AVDITE GENTES QVA SOL ORITVR, QVA OCCIDIT: ACCIPE ÆQVIS AVRIBVS VNIVERSVS ORBIS TERRARVM. LVD. XIII. AVGVSTISS. CHRISTIANISS. GALLIARVM REX, HENRICI MAGNI SOBOLES MAGNA, IVSTVS POSTHIDAC NOMINETVR. TV VERO REX REGINAM VIRTVTVM SEMPER AMATO: LONGÆVAM THEMIDEM COLITO; VT SVPERI LONGAM ÆTATEM TIBI POTIVNDAM DENT.

DVM exclamabam longius; aliquis vix, puto, religione tinctus, intercisam exclamationẽ ab exercitu regio, scommate interpunxit. Regem, ait, prædicas? anne plebeium hominem; ecquod est maiestatis cum hac ęquitate tantę gloriæ? cũ hac im-

belli virtute virtutis? cum hâc pietate commercij? cuius plerumque cultus heroicos viros seduxit; magnas mentes emollijt; & à militari studio deflexas, ad ingloriam otiosæ vitæ rationem, indignissime reuocauit. Pietas magnas emollit mentes? ô magnam impietatem! ô mollis hominis dementiam! Pietas magnas emollit mentes? emollit mẽtem pugnare cum domesticis hostibus, qui carnem, qui mentem, qui sensus, qui rationem oppugnant, vt sese in obliquos & virtuti contrarios fines ruere præcipitem sinat? si impugnat te æstuantis adolescentiæ furor, nõ repugnas? si te stimuli inanis gloriæ pungunt, non recalcitras? si premit turbidę naturæ impetus, non reprimis? & libertatem animi turpissimâ obiecti sceleris seruitute permutas? & cum tecum pugnando, si tamen fortis esses, oppositas delicias arcere deberes; tibi ipse fauendo das manus, & ad primam lenocinij auram, sinum aperis mollissimæ voluptati. Pietas magnas emollit mentes? hæc audis deus immortalis, & taces? hæc

intueris, & pateris? ideo Ludouicum tu Regem decreuiſti, vt decretorum tuorum auguſtam ſanctitatem ille non vereretur? ideo tanti Regni habenas permiſiſti, vt in præceps ferretur? ideo fluxam, & aliquantò poſt tempore intermorituram coronam impoſuiſti, vt æterna non frueretur? ideo ſuprâ ſortem communem extuliſti, vt infœlici exitu ad inferos deuolueretur? Hic ego ne ſanctiſſimorum pariterque fortiſſimorum Regum beatiſſimos manes excitem, cinereſque euoluam; teſtis eſt vnus inſtar omnium Ludouicus hîc noſter, qui ante duos annos domeſticos regni tumultus adoleſcens ſedauit: & ſuprâ ſeptuagintâ vrbes aut arces, vel ad voluntariam deditionem adduxit, vel obſidione gloriosâ coegit. Vertebatur annus ſuperior, cum repentinum illud, & improuiſum incendium exarſit in Galliâ: quo vniuerſæ, pæne momento, Regni Prouinciæ conflagrauerant; & ſi non ſuadebant multorum humana cõſilia, vt vrbe regiâ pedem efferret: exſti-

mulatus tamen bellicâ indole, & afflatus diuino numine (nam consilium inuentum est planè fuisse diuinum) viæ se credidit: Cadomum subegit in Normandiâ: Pontem Cæsaris, quem vulgus Seium vocat, euicit: Benearnum expugnauit; impedita regni negotia tantâ luce detersit; vt productus in theatrum Galliç nouus è machina Deus videretur; qui difficiles fabularum exitus facile extricaret. Quid exempla longius repeto? in promptu est contra rebelles, fœlix, nobilis, optanda, expeditio: in quâ quotidianis pugnæ laboribus ita se prodit regius animus, vt nullius lucem styli desideret, qui gloriosus vbique de ingloriâ hæreticorum gente gloriosè triumphat. Vbi iam ille qui pietate magnas mentes emolliri mentiebatur? vbi vecors? vbi exanguis? excessit! euasit! erupit! præ pudore! præ metu! Vis improborum nihil est, quam adultera quædam, & inanis fortitudo, quæ suâ iactatione veræ virtutis decus dignitatemque proiicit: & fictitiam plerumque gloriam æternâ tur-

pitudine vendit. At si antiquæ leges & instituta valuissent, quibus nobilitatem à plebe, non alijs, quam virtutum finibus discretam accepimus; cum omnes initio pares natura confudisset: huius profecto tempestatis plerique homines haberent aliud ad commendationem suam, quam externam bellorum peritiam, quam insolentem sæpe audaciam; & illi quibus audacia deesset, inanem ac fugitiuam parentum suorum memoriam; quorum, te importunè, fingendis commiscendisque laudibus, assiduâ cõmemoratione obtundãt: & fortissimus Galliarum Rex pristinæ illius & syncerae nobilitatis custos, à quâ vertentibus sæculis nostra paulatim viuẽdi consuetudo deflexit, non tantam sibi gloriam ab externis, & ciuilibus bellis, quam tamen maximam adeptus est, ac ab internis & domesticis habuisset. Omnino (Viri Auditores) omnino, quicquid impij è cœno voluptatum grunniãt; Pietas diuinis nixa præsidijs ad bella committenda magnas mentes corroborat; nam cum pre-

lia non nisi iusta capessantur ab eo qui iustus est;& à probo piè tractentur; virtute duce, & cœlo comite, gloriosos euentus vbique sortiantur.

QVANDOQVIDEM victoriarum Ludouici sese campus obiecit, excurramus;& quē pedem hîc fiximus, ne referamus. Afficiebatur nō pridem venatione, quâ futuri duces imbuuntur tanquam experientiâ regiæ iuuētutis; at iam ad nouam venationem, ô Lutetia, tuus Cyrus erumpit: exit Hercules ferarum domitor, quem non nisi septum leoninâ pelle reuises. Non vides sagacissimam canum indaginem? at potentem educit exercitum, ad quamuis expeditionem paratissimum. Cornu venatorium non audis? at machinas ingentes ferreas habet; cannas murales secùm magnâ vi trahit: venatur ipsis feris immaniores hæreticos; qui Angeliaco suo tanquam cælo tutos se putant: qui suo se Pontio, tanquam ponto infido credunt: qui se sancta Fide, vt fidissimâ vrbe sepiunt: qui Castillone, vt castello fortissimo se

muniunt: qui Bergeraco, vt paſtoritia ſpeluncâ ſe abdunt: qui Tononij, tanquã ſub Iouis Tonantis præſidio conquieſcunt: qui Cleraci igneorum tormentorum atras nubes, quibus aër inumbrari & inhorreſcere ſolet, non formidant: qui Neraco tanquam nigro, & latenti ſpecu ſe tegunt: qui Montalbano, vt monte inacceſſo, gloriantur: qui ſuâ ſe Rupellâ, tanquam rupe fortiſſimâ tutantur: qui ſe alijs vrbibus exaggeratis magnâ vi, tanquam ſpelæis horrentibus, magni ferarum greges incluſerunt.

PROSEQVAMVR tandem Gallicum noſtrum Poliorçetem: qui, vt Demetrio illo Macedone continentior; ita fortior extitit, atque fœlicior; nam ad magna omnia adminiſtranda vehementer pertinet, vtrũ ſint duces continentes. Proſequamur Lutetia per inexplicabiles licet Mæãdros, & ambages viarũ; ſic enim per Galliam, deuia, & ſerpentina Hæreſis ſe circũ agit; obliquas, & tranſuerſas vrbes, ad iniquam impietatis ſuæ defenſionem occu-

pando: sic se florentissimi Regni virus insinuat: vt integritatem vetustissimæ, diuinissimæque religionis, suo fluxu corrumpat. Cum igitur Ludouicus hæreticam rebellionem in ijs vrbibus, aut per internuntios audiuisset: aut per Oculos exploratores aduertisset: aut accepisset à finitimis, qui expostulaturi ad Parisiensem Regiam vndique confluebant; statim à Paschalibus ferijs, vbi se floridior annus aperuit ad bellum; Rebelles noua consilia molientes conscripto exercitu inuadit, vt occurrat in tempore imminenti periculo, flammamque restinguat, antequam magis inualescat.

Prætergreditvr Francos, & citerioris Aquitaniæ populos; nullus obstat; omnes verētur sydus aut numē, quod inuocatum à suis præsto fuit, tutelaribus armis illuxit, ope pręsenti recreauit.

Transit Andegauos, & illi cedunt. Ipsaque Salmuriensis arx, altissimâ rupe superbior, & ad hoc vsque tempus custodita seuerius, euoluit cardinem, excutit

pessulum, feras multiplices vltrò relaxat; vt excipiat venientem.

DIGREDITVR ad imos Pictonas, quos vt multos Hęresis contaminauit; ita Rebellare aduersus Principem moliebantur: ad cuius aspectum sanctissimum pluribus astrictę vinculis fores vrbium patuerunt; arma de ciuium manibus, quasi diuinâ vi, excussa ceciderũt. Est in vultu Regum simulacrum veluti numinis, imago quędam supremi Regis? & tanquam facies solis in nube, radius in cristallo, hiacintus in cera facies expressa diuinitatis.

PERGIT ad Sanctonas. Angeliaci suum in malum pertinaces obsistunt: per portas in vrbem via non datur, per muros sternenda est: cingitur inimica vrbs, omni ex parte corroborata ad vim, & multis vndecumque aggeribus congesta: sonora cãnarum molimina disploduntur ad octo mille: muri dehiscentes viam prębent incertam adhuc: tecta domorum concussa abeunt in puluerem: & vix soluto mense ibi victritia signa Ludouicus infixit; vbi

Carolus nonus, alijque principes plures menses consumpserant; etiam cum illa vrbs ad se tuendum minus valeret. Interea Pontium, non inde procul dissitũ aures, & oculos aperuit: audiuit tormentorum bellicorum, inconditos fragores; obstupuit: vidit missilium globorum flãmas, & concitatas grandines: & suas claues misit, atque victori vrbem sine morâ concessit.

CONTENDIT ad Petrochorẽses armatos, vbi Castillonis, sanctæ Fidei, (ne attende nomen, prophana enim est) ipsius etiam Bergeraci ciues inermes obuiam processerunt: cum omnis repente armorum acies ad fulgorẽ tantę maiestatis hebesceret; ceu Iulium Cæsarem aiunt, seditionem exercitus iam longius effusam vno verbo compescuisse: Augustum Actiacas legiones momento deterruisse: Alexandrum Seuerum adolescentem adhuc tumultuantes copias tanta vi repressisse; vt se grauissimum regij vultus pondus, & oculorum fulgura ferre non posse, palam enunciarent.

immortalitatis vi caloris conditos eminere dixisses. Perge triumphator, accelera; nec te moror, cui tantum iter est, quod in amplissimæ victoriæ loco, ac monumento, maiores tui reposuissent.

DIVERTIT igitur ad Aginnates, vbi Tononienses aduectis cannis perterriti; humanumque Iouem cōspicati, qui extra muros tonaret: intra septa vrbis admittūt: at Cleracenses è suis excluserunt; dū suum Cleracum æternis tenebris damnandum, eo solum clarum, quod Ludouici armis interiit, pertinaciter occluserunt. Tum recaluere militares spiritus in hostes: ibi regij duces laxant ardori animi habenas, & in præceps omnium animus se se effundit. At obsessi viribus impares animo frangūtur; ad genua Regis accidunt: hastas abjiciunt: vrbem & omnia sua permittunt: humanitatem tamen victoris implorant; qui trium dūtaxat vitam repetiisset, quam laqueo præcidi iussit: nisi diuina vltio seuerius animaduertens, ob suam in Rege violatam imaginem, aquas excitasset, vt

cymbâ præter nauigantes obruerent: & nescio quis impetus crebris agrorum vastationibus exulceratos agricolas armasset, vt mactarent.

ACCVRRE, Victor, accelera; & rebelle Neracũ prętergredere, circumjacentesque etiam vrbes, quas inuictissimus Mayeneus tibi recepit spontaneas, aut difficili reluctantes obsidione macerauit. Arma ducum & militum Regibus absentibus laborant: illis vincunt, quorum fœlicibus auspiciis nituntur.

ACCEDIT tãdem Montalbanũ: vbi quẽ supradixi, Principem Mayenæum (Alexandrum suum vocare solitus fuit) copijs ingentibus præficit: qui anteactis laboribus nequidquam iam exhaustus, nouis in dies facinoribus, animi ingentis fortitudinem, & prolixam in obsequium Regis volũtatem studiosissimè commendauit. At ille Imperator exercitus vnius, cum nihil à turbâ militum nisi animi robore præstantiaque differre videretur: staret in fossis summo mane, vt studium

laboremque operarum, & tanquam exa-ctor intenderet, & tanquam socius particeps que releuaret; vilissimo sudori immisceret suum; nec spectatâ audacia posset à circumstante periculo reuocari: tandem læsus occubuit. Occubuit! ecquod mihi verbum excidit? quid non cohibebas oratio? Occubuit (viri Burdigalenses) quo frueremur adhuc, summo rei gallicæ bono; nisi proditor hæreticus insidijs circumueniens, læuum oculum sinistro ictu traijciendo, cum luce vitam ademisset. Ah gloriosissime Princeps! cuius honorificos manes, languentes iam periodi, & miseris gemitibus intercisę appellant! Ah præstantissime Dux, quem omnes Galli ferebamus in oculis propter amorem, pari virtutis tuæ admiratione cõiunctum; quam vnus ictus oculi multorum corda vulnerauit? aut quot vbique oculi vnius oculi vulnus fleuerunt?

Dignus eras longos spectare hoc lumine soles,
Cum mors est oculis insidiata tuis.
Credideram cæcam, quæ iã sibi lumina finxit

Fallax! inque oculos mors oculata tuos!

SVCCVMBE orator: quid agis? quid expostulas? quid victrices acclamationes, in quibus totus versabare, fletibus sic eludis? corpus afflixit solo; decus erexit cælo; vitā amisit; vitæ memoriam auxit; qui nisi oculum habuisset effossum, nunquam tam clarus extitisset. Quamobrem, vt ad Montalbanam obsidionem recurramus, vbi ducem extinctū desideraturi sumus; acceditur ad muros fuso vtrinque sanguine, vt pęne pes pedi, vir viro, clypeus clypeo consertus adhærescat. Ibi non pridem nequissimus Minister (cuius indignissimū nomen regia dedignatur oratio) ibi seditionis hæreticæ fax, rebellionis incendiarius, tissio funestissimus inferorum, tormentario igni absumptus est; qui alioqui laqueo perijsset: ibi perduellis hæreticus quos iampridem seditionis ignes, maligno spiritu insufflauerat, sanguine suo resspersit, nec enim penitus restinxit. Stat adhuc perduellis ciuitas, suam in cladem pertinax, quam breui Ludouicus ad trium-

phos adijciet, & se nouâ in dies laudis accessione cumulabit.

Sic sperare iubent Superi: sic Regia virtus.

ESTO! ESTO! triumphet de Hæreticis Christianissimus, de sceleratissimis Pius, de rebellibus Optimus, de ignauis fortissimus; iterumque triumphet, qui tot annorum & pecuniarum impēdio excitatas arces, elaborata mœnia victor inuasit, euertique mādauit, abijs ipsis, qui non pridem erexerant, vt de his triumpharet. Triumphet denique, qui sub ijsdem ruinis, quibus tot ciuitatū nomen oppressit, erexit suum; qui ex hac murorum destructione, tanto laudum splendore vibrantem coronam extruxit; vt tota indigesta lapidum moles, quæ muros compegerat, in amethystos, in berillos, in vniones, in topazios immutata: ipsa cęmenta fortissima, quibus erant commissi parietes, in aureum coronę vinculum liquefacta esse videantur.

In Lodoicaeas se compegere coronas
Mœnia. nunc gemma est, quod fuit ante Lapis.

TRIVMPHATE vero, gloriamini, egregiæ sanè ciuitates ad inuidiã Regum omnium! superbite iam nudæ, sine tegumento murorum! coronate, coronate vos, queis muri nunc desunt, coronæ vrbium, redimicula ciuitatum. Pugnate aduersus Reges hæretici; volate contra Solem Papiliones; molimini contra Iouem, ô ranę, cum iunceis hastis imbelles: aut vestro vos cœno abdite, & in Gebennensem lacum migrate, vt ibi coaxetis. Petite Scarabęi victricem aquilam; aut victi opprimite vos in ipsis specubus ferarum: nec enim vrbes amplius habetis, vt tegatis vos, quibus vnum reliquum est in summa demissione pręsidium. Assurgite Pygmæi exiles? erigite vos homuntiones, inferorum propudia, & iocantis naturæ ludibrium, excitate sopitum Herculem, qui vbi regiâ arte solum supercilium armabit, omnes agitabit in fugam; & vos, & vestrę Hęreseos infamem Hydram ad vltimas fibras præcidet: ne rebellia deinceps capita infœlici germine renascantur. Oblectat nos iste sol

Galliæ; ſed tantum primæ lucis crepuſcula fulſerunt: meridiem operimur, vbi ſe incitabit acrius, vehementius exardeſcet.

FLOREBVNT interim lilia Gallica quę non tam inſigniunt Ludouicum, quam exornantur ab illo: ad quorum innocentem candorem nullus magis acceſſit, non ipſe olim Salomon, qui quoniam affectâ ætate laſciuiebat, ad vnius lilij candorem nō acceſsit, ad dignitatem non aſſurrexit. Florebunt inter aras templorum quas nuper in Benearno, alibi ſæpe excitauit: inter compita vrbium, quas ab hoſtium vexatione exemit: inter ruinas murorum, quos ſolo adęquauit: inter pinnas, & tecta arciũ, quas rebellantes expugnauit. Nec enim ô liliata Gallorũ ſtemmata infamatis, vt Patibulum Cypriorum: nec volitatis, vt Noctua Athenienſiũ: nec aberratis, vt Arcus Perſarum: ſed vbique floretis. Nec torquetis, vt Flagrũ Abyſsinorum: nec fætetis, vt Hædus Græcorum: nec ſordetis, vt Porca Phrygum: ſed vbique floretis. Nec vritis, vt fulmen Parthorum: nec perimi-

muniunt: qui Bergeraco, vt paſtoritia ſpeluncâ ſe abdunt: qui Tononij, tanquã ſub Iouis Tonantis præſidio conquieſcunt: qui Cleraci igneorum tormentorum atras nubes, quibus aër inumbrari & inhorreſcere ſolet, non formidant : qui Neraco tanquam nigro, & latenti ſpecu ſe tegunt: qui Montalbano, vt monte inacceſſo, gloriantur : qui ſuâ ſe Rupellâ, tanquam rupe fortiſſimâ tutantur : qui ſe alijs vrbibus exaggeratis magnâ vi, tanquam ſpelæis horrentibus, magni ferarum greges incluſerunt.

PROSEQVAMVR tandem Gallicum noſtrum Poliorçetem: qui, vt Demetrio illo Macedone continentior, ita fortior extitit, atque fœlicior; nam ad magna omnia adminiſtranda vehementer pertinet, vtrũ ſint duces continentes. Proſequamur Lutetia per inexplicabiles licet Mæãdros, & ambages viarũ; ſic enim per Galliam, deuia, & ſerpentina Hæreſis ſe circũ agit; obliquas, & tranſuerſas vrbes, ad iniquam impietatis ſuæ defenſionem occu-

pando: sic se florentissimi Regni virus insinuat; vt integritatem vetustissimæ, diuinissimæque religionis, suo fluxu corrumpat. Cum igitur Ludouicus hæreticam rebellionem in ijs vrbibus, aut per internuntios audiuisset: aut per Oculos exploratores aduertisset: aut accepisset à finitimis, qui expostulaturi ad Parisiensem Regiam vndique confluebant; statim à Paschalibus ferijs, vbi se floridior annus aperuit ad bellum; Rebelles noua consilia molientes conscripto exercitu inuadit, vt occurrat in tempore imminenti periculo, flammamque restinguat, antequam magis inualescat.

PRÆTERGREDITVR Francos, & citerioris Aquitaniæ populos; nullus obstat; omnes verētur sydus aut numē, quod inuocatum à suis præsto fuit, tutelaribus armis illuxit, ope pręsenti recreauit.

TRANSIT Andegauos, & illi cedunt. Ipsaque Salmuriensis arx, altissimâ rupe superbior, & ad hoc vsque tempus custodita seuerius, euoluit cardinem, excutit

pessulum, feras multiplices vltrò relaxat; vt excipiat venientem.

DIGREDITVR ad imos Pictonas, quos vt multos Hęresis contaminauit; ita Rebellare aduersus Principem moliebantur: ad cuius aspectum sanctissimum pluribus astrictę vinculis fores vrbium patuerunt; arma de ciuium manibus, quasi diuina vi, excussa ceciderũt. Est in vultu Regum simulacrum veluti numinis, imago quędam supremi Regis? & tanquam facies solis in nube, radius in cristallo, hiacintus in cera facies expressa diuinitatis.

PERGIT ad Sanctonas. Angeliaci suum in malum pertinaces obsistunt: per portas in vrbem via non datur, per muros sternenda est: cingitur inimica vrbs, omni ex parte corroborata ad vim, & multis vndecumque aggeribus congesta: sonora canarum molimina displodũtur ad octo mille: muri dehiscentes viam prębent incertam adhuc: tecta domorum concussa abeunt in puluerem: & vix soluto mense ibi victritia signa Ludouicus infixit; vbi

Carolus nonus, alijque principes plures menſes conſumpſerant; etiam cum illa vrbs ad ſe tuendum minus valeret. Interea Pontium, non inde procul diſſitũ aures, & oculos aperuit: audiuit tormentorum bellicorum, inconditos fragores; obſtupuit: vidit miſſilium globorum flãmas, & concitatas grandines: & ſuas claues miſit, atque victori vrbem ſine morâ conceſſit.

Contendit ad Petrochoreſes armatos, vbi Caſtillonis, ſanctæ Fidei, (ne attende nomen, prophana enim eſt) ipſius etiam Bergeraci ciues inermes obuiam proceſſerunt: cum omnis repente armorum acies ad fulgorẽ tantę maieſtatis hebeſceret; ceu Iulium Cæſarem aiunt, ſeditionem exercitus iam longius effuſam vno verbo compeſcuiſſe: Auguſtum Actiacas legiones momento deterruiſſe: Alexandrum Seuerum adoleſcentem adhuc tumultuantes copias tanta vi repreſſiſſe; vt ſe grauiſſimum regij vultus pondus, & oculorum fulgura ferre non poſſe, palam enunciarent.

immortalitatis vi caloris conditos eminere dixisses. Perge triumphator, accelera; nec te moror, cui tantum iter est, quod in amplissimæ victoriæ loco, ac monumento, maiores tui reposuissent.

DIVERTIT igitur ad Aginnates, vbi Tononienses aduectis cannis perterriti; humanum que Iouem cõspicati, qui extra muros tonaret: intra septa vrbis admittũt: at Cleracenses è suis excluserunt; dũ suum Cleracum æternis tenebris damnandum, eo solum clarum, quod Ludouici armis interiit, pertinaciter occluserunt. Tum recaluere militares spiritus in hostes: ibi regij duces laxant ardori animi habenas, & in præceps omnium animus se se effundit. At obsessi viribus impares animo frangũtur; ad genua Regis accidunt: hastas abjiciunt: vrbem & omnia sua permittunt: humanitatem tamen victoris implorant; qui trium dũtaxat vitam repetiisset, quam laqueo præcidi iussit: nisi diuina vltio seuerius animaduertens, ob suam in Rege violatam imaginem, aquas excitasset, vt

cymbâ præter nauigantes obruerent: & nescio quis impetus crebris agrorum vastationibus exulceratos agricolas armasset, vt mactarent.

ACCVRRE, Victor, accelera; & rebelle Neracũ prętergredere, circumjacentesque etiam vrbes, quas inuictissimus Mayeneus tibi recepit spontaneas, aut difficili reluctantes obsidione macerauit. Arma ducum & militum Regibus absentibus laborant: illis vincunt, quorum fœlicibus auspiciis nituntur.

ACCEDIT tãdem Montalbanũ: vbi quẽ supradixi, Principem Mayenæum (Alexandrum suum vocare solitus fuit) copijs ingentibus præficit: qui anteactis laboribus nequidquam iam exhaustus, nouis in dies facinoribus, animi ingentis fortitudinem, & prolixam in obsequium Regis volũtatem studiosissimè commendauit. At ille Imperator exercitus vnius, cum nihil à turbâ militum nisi animi robore præstantiaque differre videretur: staret in fossis summo mane, vt studium

laboremque operarum, & tanquam exactor intenderet, & tanquam socius particeps quę releuaret; vilissimo sudori immisceret suum; nec spectatâ audacia posset à circumstante periculo reuocari: tandem læsus occubuit. Occubuit! ecquod mihi verbum excidit? quid non cohibebas oratio? Occubuit (viri Burdigalenses) quo frueremur adhuc, summo rei gallicæ bono; nisi proditor hæreticus insidijs circumueniens, læuum oculum sinistro ictu traijciendo, cum luce vitam ademisset. Ah gloriosissime Princeps! cuius honorificos manes, languentes iam periodi, & miseris gemitibus intercisę appellant! Ah præstantissime Dux, quem omnes Galli ferebamus in oculis propter amorem, pari virtutis tuæ admiratione cōiunctum; quam vnus ictus oculi multorum corda vulnerauit? aut quot vbique oculi vnius oculi vulnus fleuerunt?

Dignus eras longos spectare hoc lumine soles,
Cum mors est oculis insidiata tuis.
Credideram cæcam, quæ iā sibi lumina finxit

Fallax! inque oculos mors oculata tuos!

SVCCVMBE orator: quid agis? quid expostulas? quid victrices acclamationes, in quibus totus versabare, fletibus sic eludis? corpus afflixit solo; decus erexit cælo; vitã amisit; vitæ memoriam auxit; qui nisi oculum habuisset effossum, nunquam tam clarus extitisset. Quamobrem, vt ad Montalbanam obsidionem recurramus, vbi ducem extinctũ desideraturi sumus; acceditur ad muros fuso vtrinque sanguine, vt pęne pes pedi, vir viro, clypeus clypeo consertus adhærescat. Ibi non pridem nequissimus Minister (cuius indignissimũ nomen regia dedignatur oratio) ibi seditionis hæreticæ fax, rebellionis incendiarius, tissio funestissimus inferorum, tormentario igni absumptus est; qui alioquĩ laqueo perijsset: ibi perduellis hæreticus quos iampridem seditionis ignes, maligno spiritu insufflauerat, sanguine suo respersit, nec enim penitus restinxit. Stat adhuc perduellis ciuitas, suam in cladem pertinax, quam breui Ludouicus ad trium-

phos adijciet, & se nouâ in dies laudis accessione cumulabit.

Sic sperare iubent Superi: sic Regia virtus.

Esto! Esto! triumphet de Hæreticis Christianissimus, de sceleratissimis Pius, de rebellibus Optimus, de ignauis fortissimus; iterumque triumphet, qui tot annorum & pecuniarum impēdio excitatas arces, elaborata mœnia victor inuasit, euertique mãdauit, abijs ipsis, qui non pridem erexerant, vt de his triumpharet. Triumphet denique, qui sub iisdem ruinis, quibus tot ciuitatũ nomen oppresit, erexit suum; qui ex hac murorum destructione, tanto laudum splendore vibrantem coronam extruxit; vt tota indigesta lapidum moles, quæ muros compegerat, in amethystos, in berillos, in vniones, in topazios immutata: ipsa cęmenta fortissima, quibus erant commissi parietes, in aureum coronę vinculum liquefacta esse videantur.

In Lodoicaas se compegere coronas
Mœnia. nunc gemma est, quod fuit ante Lapis.

Galliæ; sed tantum primæ lucis crepuscula fulserunt: meridiem operimur, vbi se incitabit acrius, vehementius exardescet.

FLOREBVNT interim lilia Gallica quę non tam insigniunt Ludouicum, quam exornantur ab illo: ad quorum innocentem candorem nullus magis accessit, non ipse olim Salomon, qui quoniam affectâ ætate lasciuiebat, ad vnius lilij candorem nō accessit, ad dignitatem non assurrexit. Florebunt inter aras templorum quas nuper in Benearno, alibi sæpe excitauit: inter compita vrbium, quas ab hostium vexatione exemit: inter ruinas murorum, quos solo adęquauit: inter pinnas, & tecta arciū, quas rebellantes expugnauit. Nec enim ô liliata Gallorū stemmata infamatis, vt Patibulum Cypriorum: nec volitatis, vt Noctua Atheniensiū: nec aberratis, vt Arcus Persarum: sed vbique floretis. Nec torquetis, vt Flagrū Abyssinorum: nec fætetis, vt Hædus Græcorum: nec sordetis, vt Porca Phrygum: sed vbique floretis. Nec vritis, vt fulmen Parthorum: nec perimi-

tis, vt Draco Sinensium: nec impetitis, vt Aries Medorum: sed vbique floretis. Nec rugitis, vt Leo Assyriorum: nec superbitis, vt Aquila Romanorum: nec sæuitis, vt Leopardus Anglorum; sed vbique Ludouico Victore floretis. Florete demùm flores suaues, & amabiles, flores oculi & gemmæ florum, florum Reges, & Regum flores', sub omniũ florentissimo Rege; cuius hactenus virtutum candorẽ nullo vitiorũ cõfinio læsũ Pietas exornauit, Iustitia illustrauit, & Arma coronarũt. Vtinã Rhetoricos flores, quos alit florida Suada, vel ars, vel natura dedissent; spargerẽ omnes, omnes: nec victoris triumphos pro dignitate coronarem; qui in hoc ætatis suæ flore, tãto nos fructu recreauit: & spe adhuc vberiore animos tenet, quãti sunt futuri prouentus, qui nondum visi nos capiunt: vbi sensim crescentibus regiis annis exculta stirpe virtutis &, corroboratâ tempore maturescent.

VIVAT, VIVAT REX (conclamate vobiscum ipsi, Auditores; ego antiquâ

fælicique acclamatione contendam: quam si ille qui longè dissitus est a nobis, non audiat; Deus immortalis qui viuit, & spirat in nobis, exaudiat.) VIVAT LONGÆVVS PHÆNIX GALLIÆ; CVI PAREM INVENIRE NON EST; CANDIDIS, AVREIS MORIBVS: DIES ALBO CALCVLO SIGNET: CREISSA NOTET. VICISTI VITIA LVDOVICE; VINCES HÆRESIM, PERNICIEM REGNORVM, VIRVS RERVMPVBLICARVM EXONERABIS; FIDEM ORNABIS. VIVAT! QVI VOLVPTATES SPERNIT, QVÆ ENERVANT; NON MORIATVR.

IO TRIVMPHATOR, IO! PEDES ILLVM PORTANTES NE TITVBENT: MANVS SCEPTRA GERENTES NE DEFICIANT: OCVLI SPECTANTES HANC LVCEM NE CÆCVTIANT; CAPVT CORONATVM NE GRAVETVR. DEVS TE NOBIS PRESTET, FORTISSIME REX! DEVS

TE NOBIS COMMODET, INVICTISSIME REX? TANTVM TE DEVS AMET, QVANTVM TV NOS. O NOS FÆLICES TE REGNANTE; SECVRI SVMVS; BENE PRÆSVMIMVS; NOS TE A PVERITIA PROBAVIMVS. IO! IO! VICISTI VRBES; VINCES ORBEM. IPSI TE CIVITATVM MVRI DEINCIPI TEMPORE VEREANTOR. MACTE, O MACTE INDOLE GENEROSA, VIRTVTE PATERNA! VIVAT! VIVAT! REGIS FORTISSIMI VITA OMNIVM VITAM, SALVTEM, SECVRITATEM COMPLEXA EST.

DEVS TE SOSPITET IMPERATOR! DEVS TE FORTVNET! ABSTINE MANVS FORTVNA, QVA PARTE NOCES, QVA PRODES ACCEDE. INFLVITE PROSPERVM PLANETÆ: BENE VORTITE: LÆVVM AVORTITE: O MORS INEXORABILIS! O PARCA IMPLACABILIS AB ISTO RETROCEDE, ET AVERRVNCATE.

At certe si fieri non potest (viri Burdi-

galenſes) vt quod ſuis carceribus, & metis definitum eſt, infinitum ei viuēdi curriculum proponatur. VIVAT REX DIVTISSIME. LVDOVICE PIE DEVS TE SERVET; LVDOICE IVSTE DEVS TE SERVET. LVDOVICE FORTIS DEVS TE SERVET. DET TIBI DEVS ÆTATEM, QVAM MERERIS: SERVET ANIMVM, QVEM DEDIT. OMNIA, OMNIA PROSPERE TIBI CEDANT, REI GALLICÆ, NOBIS: VEL, SI BREVIVS OPTANDVM EST, VNI TIBI, IN QVO NOS, ET RES GALLICA SVMVS. DEVS TE GALLIS TVIS RESERVET, ET DE ILLORVM ANNIS TIBI AVGEAT TVOS. VIVAT VIVAT REX! ita vt mori vix poſsit; ita denique moriatur, poſt longiſſime exactam ætatem: vt vitam illi mors pariat, priore vita beatiorem.

D I X I.

